

E: Erfult, Bil. Ampl., Col. 805, ff. 1r-8v + 16r-36v

{}, taken from Boethius' two commentaries (I and II), the parts verbatim the same are *italicized*.

Porphyrus's words are **in bold**.

=====

Incipiunt glossae super Porphyrium a magistro / W. collectae. /

<Q>uia nonnulli minus erundi/torum Porphyrium scire / cupientes, Boethii commentum / super eundem Porphyrium saepius / inspiciebant, sed pro sui difficul/tate minus intelligentes, vel / etiam ipsius prolixitate pertaesi / legere desistebant, non inutile / fore arbitratus sum, si causa beni/volentiae ex ipsius libri fluvio / hunc rivulum deducerem, ut / qui praefati commenti pelagus / ingredi / timeret, circa hunc rivulum quasi / iuxta ripam sine magno labore occuparetur. Duo autem / commenta fecit Boethius in Porphyrium; unum super editionem Vic/torini, qui ipsum Porphyrium transtulit, alterum super editio/nem propriam. Ex quibus haec quanta potui brevitate collegi, interdum / eadem verba quae ibi habentur ponens, non nunquam sensum ex sensu, / verbum ex verbo commutans. Ubicumque autem modum promissi / compendii videor excessisse, recordatus sum illius Horatiani¹ / “brevis esse laboro, obscurus fio”. Sic ubi vero minus suffici/ens alicui videtur oratio, ad fontem recurrat, ut inde / sufficienter hauriat. Hanc autem nostram lucubratiuncu/lam, si ei displicet, mihi meique similibus remittat. /

{^{I.i.1 pp. 4.17-5.7} *Sex sunt quae magistri in omni expositione praelibant: inten/tio, utilitas, ordo, si eius cuius opus est germanus et propius / liber est, quae sit operis inscriptio, ad quam partem philosophiae / ipsius libri ducatur intentio.*}

Et prima quidem pars, quae est in/tentio, talis est. {^{I.i.2 pp. 5.12-6.23} *Aristoteles, qui de decem praedicamentis scrip/sit, non aliter intelligi potest, nisi ipsas res de quibus dispu/taturus est prius intelligamus. Considerans ergo Porphyri/us in omnibus rebus quaedam naturaliter prima esse, ex quibus cetera / veluti ex quodam fonte procederent ipsaque prima / generis vocabulo nuncupari; nunquam vero genera |E1v| posse dici, nisi ei alia subdantur; et ipsa subdita species ap/pellari; porro genus non uni speciei*}

¹ *Ars poetica* 25-26

sed pluribus aptari; ip/sasque plures diversas esse debere; et hanc diversitatem differentiae / nomine notari; omne autem differens aliqua proprietate dis/tingui; at vero omnium disparilitatem in gemina rerum princi/pia secari, hoc est in substantiam et accidens, quorum unum ab / altero separari non potest, ut verbi gratia color quod est accidens / non potest esse nisi in corpore quod est substantia, corpus vero quod est / substantia aliquo colore, id est accidenti, signari oportet. / Considerans ergo haec omnia, Porphyrius statuit de genere, / specie, differentia, proprio, et accidenti scribere.}

{^{I.i.3 p. 7.6-8} Utilitas / vero huius liberi multiplex est.

Primum enim in Categorias / Aristotelis valde prodest².} {^{I.i.4 p. 14.3-6}
Aristoteles enim, cum perpenderet / infinitam rerum omnium et verborum esse disparilitatem, in decem ser/monibus prima rerum genera significantibus,} omnem illam / diversitatem colligens, {^{I.i.4 p. 14.1-3} *librum de decem praedicamentis scripsit, / quae apud Graecos Kathegoriae dicuntur, qui de primis rerum nominibus / significantibus est.}* Quia vero hae {^{I.i.4 p. 14.8-14}
kathegoriae idem haec decem praedi/camenta genera sunt rerum, rerum vero sermonumque diversitas speciebus, / differentiis, propriisque insignita est, in ipsis quoque kathegoriis / magna vis est accidentium (Aristoteles enim omnes res in / duas divisit partes, hoc est in accidens et substantiam; / accidens vero in novem distribuit [par] partes, id est in qualitatem, / quantitatem, ad aliquid³, ubi, quando, iacere, habere, facere, / pati; dicens quia omnis res aut substantia est aut accidens)} ad haec veratius cognoscenda valde utile est hunc librum / Porphyrii de generibus, speciebus, differentiis, propriis, accidentibusque compositum primo legere et intelligere.

Secundo vero loco iste liber de / his quinque partibus disputans {^{I.i.4 p. 10.6-17}
in omni nobis philosophiae cognitione / utilis, et quasi quaedam via est. Nam cum docemur quid sit genus, quid species, / etc, intelligimus philosophiam esse genus, species vero eius theoricam / et practicam; ad quarum differentias cognoscendas prodest diffe/rentiae cognitio; scire modo quod cuique speciei naturaliter solita/rum et proprium sit, prodest proprii scientia; at vero cognoscere quid / in rebus primo vel secundo subsequentique loco discernendum sit, / valet accidentis cognitio.} {^{I.i.3 pp. 8.1-9.21}
Philosophia namque genus est, / cuius duae sunt species, theorica et practica, id est speculativa et |E2r| activa. Speculativae quoque tres sunt

² prodest] potest E

³ aliquid] aliq(uo)d E

species, hoc est *intellectibile*, / *intelligibile*, *naturale*. *Intellectibile est quod, unum atque / idem semper per se subsistens*, et nunquam se corpori miscens, *nul/lis sensibus sed sola tantum mente intellectuque capitur*. Intelli/gibile vero est quod et praeter corpus esse et corpori participari potest, *quae / primam intellectibilem cognatione et intellegentia comprehendit*, / ut anima. *Naturale est quod circa corpora et eorum cognitionem / versatur, naturas corporum passionesque declarans*, ut medi/cinae scientia. *Practicae quoque tres sunt partes: prima quidem / quae sui curam gerens nihil in vita admittit paenitendum*, / *secunda quae rei publicae curam suscipiens cunctorum saluti ho/neste providit*, *tertia quae familiaris officium mediocriter / dispensat.* }
 {^{I.i.4 pp. 10.19-11.27} *Ad grammaticam quoque huius rei usus utilis est, cum / orationem dicimus esse genus, partes vero eius octo, quas partes per ge/nera, species, differentias propriaque metimur. Est etiam huius rei / cognitio ad rhetoricam perquam utilis, quae in tribus causarum gene/ribus distincta, ipsa quoque genera in subiectis constitutionibus par/titur. Ad definitiones quoque et divisiones tantum prodest huius / scientia, ut nisi per genera, species, differentias, et propria, nihil / definiri vel dividi possit.* }
 Haec de utilitate. /

Sequitur de ordine. / Ordo huius operis est, quia {^{I.i.5 p. 14.18-23} *cum ante apodicticam dia/lecticamque rem syllogistica praelegatur, ante syllogis/ticam propositiones, ante propositiones kathegorie, / ante kathegorias, quod primum est, de generibus, speciebus, / differentiis, propriis, accidentibusque tractandum est.*

Sequitur / de inscriptione operis. Quod {^{I.i.5 p. 8.12-18-19} *valde cum ordine concordat, quia / si alterum<utrum> noris, ambo noveris.* } Est autem hic liber in/scriptus {^{I.i.5 p. 15.2-4} *introductionis nomine, quae Graece Ysagoga dicitur, / eo quod sit introitus et quasi quaedam ianua ad Kategorias / Aristotelis.*

Restat nunc si eius proprium et germanum opus sit. {^{I.i.6 p. 15.6-9} *Quod / indubitanter patet, quia omnibus Porphyrii libris hic stilus / convenit, eo quod iste mos eius sit ut in his rebus quae sunt ob/scurissima quaedam introductionis modo praecurrere faciat.* } /

{^{I.i.6 p. 15.13-21} *Superest dicere ad quam partem philosophiae liber pertineat. / Quod hoc modo cognoscitur, quia si kathegorie ad*

propositiones / aptantur, syllogismi de propositionibus componuntur, apodicticus [E2v] vero vel dialecticus syllogismus in logicae artis disciplina / versantur, ergo kathegoriae, quae ad propositiones et syllogismos / pertinent, logicae scientiae subiacent, atque ideo introduc/tio in kathegorias ad logicam scientiam pertinet.} /

Cum sit necessarium, O Crisaori et reliqua (5.2).

{ I.i.6 pp. 15.23- 16.8 *Cum posset dixisse ‘cum ne/cessarium sit’, non sine ratione ‘sit’ ‘necessario’ praeposuit. / Nullum enim accidens est quod non substantiae fundamento / nitatur; fundamentum autem prius esse oportet, super quod fabri/ca firmetur; cum ergo ‘sit’ substantivum, ‘necessarium’ qualitas / sit, iusto ordine post substantiam qualitatis nomen po/nens, ‘sit necessarium’ subiecit.}*

{ II.i.5 pp. 149.21-150.5 *‘Necessarium’ autem et utilita/tem significat et necessitatem, quae utraque huic loco congruunt. / Nam et summa utilitas et summa neccessitas `est’ ad ea quae supra/dicta sunt, de genere et specie ceterisque disputare, quia nisi haec fue/rint praecognita, minime possunt cognosci ad quae / praeparantur praedicamenta.}* Magis tamen hoc loco ‘necessari/um’ pro utilitate est accipiendum. Quod declarat ipse { II.i.5 p. 150.14. *contextus / sermonum:}* **Et ad eam quae apud Aristotelem est praedicamentorum doctrinam, nosse quid genus, quid species, quid differentia, quid / proprium, quid accidens (5.2-5).**

Sicut superius cum de utilitate libri tractarem diximus, / { I.i.7 p. 17.6-12 Aristoteles cum omnes res in duo principalia divisisset, hoc est / in substantiam et accidens, accidens vero in novem partes dis/tribuisset, ipsas partes genera generalissima nominavit, quod / super ista alia genera inveniri non possint. Ergo si sunt genera,} oportet ut species sequantur, quarum genera esse possint; specie/bus autem constitutis consequenter differentiae statuuntur, quae ipsas / species discernant; differentiae vero quasdam proprietates quibus dis/tinguantur `h’abebant. Igitur necessarium est ad praedicamentorum / doctrinam intelligendam prius nosse quid sit genus et species et ce/tera, eo quod ipsa praedicamenta nullo modo cognosci poterunt / nisi ista praesciantur.

Est et aliud pro quo necessarium quoque sit haec / praenosse. { I.i.7 p. 17.18-19.2 Aristoteles, antequam ad praedicamenta veniret, *de aequivo/cis*⁴ et *univocis*⁵ subtiliter tractavit. Dixit autem aequivoca esse / quae solo

⁴ eq(ui)uo/cis] eq(ui)uo/ces a.c. E

⁵ uniuocis] uniuoces a.c. E

nomine communicant, substantia differunt, / ut homo verus et homo pictus, qui utrique unum nomen habent, / sed substantiae ratione diversa definiuntur. Univoca vero / esse dixit quod nomine et substantia communicant. Omne / ergo genus ad species univoce praedicari potest, sed⁶ [E3r] non convertitur. Animal enim et homo univocum est. Utrique enim, et animal / et homo, aequo nomine animalis appellantur, utriusque autem defini/tio est substantia animata sensibilis; sed animal genus, homo / species est; univoce igitur et genus et species praedicantur. Aequivoca vero / definitionibus differunt; et quorum definitiones aliae sunt, alia / est et substantia; et quorum alia substantia, alia sunt omnino et / genera; unde in his neque genus neque species aptari potest. Ut, verbi / gratia, si quis hominem⁷ marmoreum et hominem vivum hominis / nomine appellet, par nomen est substantiae, sed differentia / et definitio dissimilis; porro hominis et statuae non unum genus est, / quia hominis animatum, statuae inanimatum. Atque ideo quaecumque aequivo/ce praedicantur, sub eisdem generibus non continentur; quaevis cum nunquam / discerni possit, nisi praecognitis generibus, speciebus, propriis, differentiis,} rec/te Porphyrius de his primo tractare necessarium dixit.

{^{I.i.7 p. 19.2-12} Item / cum Aristoteles de primis et secundis substantiis disputet, di/cens primas esse substantias individuorum ut Cicero vel Plato, / secundas vero species ut homo vel ipsarum specierum genera ut ani/mal; cumque iterum requirit proprietates substantiae et accidentium, / ut proprietate cognita facilius quid sit substantia vel accidens invenire / possimus;} patet profecto valde necessariam esse generum, specierum, / ceterorumque cognitionem.

Et <ad> definitionum assignationem⁸ (5.5). /

Omnis ratio substantiae bifariam dividitur, hoc est in descriptionem / et definitionem. Descriptio est quae tantum {^{II.i.7 p. 153.11-17.} proprietatem quandam / colligit eius rei quam demonstrat; ut si velis rationem quantita/tis reddere, dicas ‘quantitas est secundum quam aequale atque inaequale dicitur’.} / Definitio vero est quando differentiis cum genere iunctis species informatur; / ut si quis hominem definire velit, dicat ‘homo est animal rati/onale mortale’. Quam definitionem, quia absque generis et speciei ceterorum/que cognitione aliquis facere non potest, haec praescire quam sit necessari/um advertat.

⁶ sed] Nam E

⁷ hominem] hominie(m) E

⁸ assignationem] assignificatione(m) E

Et omnino ad ea quae in divisionem et d(emonstrationem) sunt utili (5.5).

Omnis divi/sio aut est secundum se aut per accidens. Et utraque tripliciter fit. Nam / secundum se {^{II pp.154.13-155.8} *est divisio generis in species, ut cum dicimus 'coloris aliud esse al/bum, <aliud nigrum>, aliud medium'*; alia est divisio cum una voce plura signifi/cantur, ut nomine 'canis' latrabilis vel quadrupes et caeli sidus et ma/rina bestia, *quae omnis propria definitione disiunguntur*; est et tertia secundum / se divisio *quotiens unum totum in partes proprias separatur, ut domus / aliud sunt fundamenta, aliud parietes, aliud tectum.* |E3v| Altera vero divisio quae fit <per> accidens est etiam triplex. *Accidens enim in subiec/ta dividimus, ut cum dicimus 'bonorum alia sunt in animo, alia in corpore'; / rursus subiectum in accidentia, ut 'corporum alia / sunt alba, alia nigra, <alia medii coloris>; / iterum accidens in accidentia separamus, ut cum dicimus 'liquentia alia / sunt alba, alia nigra, alia medii coloris'; et rursus 'alborum alia sunt dura, / alia liquentia, quaedam mollia'.*} Quae omnia, cum absque scientia generis et speciei / et differentiarum fieri non possint, manifestum est huius libri scienti/am valde necessarium esse.

Et haec quidem de divisione, {^{II.i.9 p. 157.8-13} *nunc <de> demons/tratione. Demonstratio est alicuius quaesitae rei certa rationis col/lectio. Fit autem ex ante cognitio naturaliter, ex convenientibus, ex primis, / ex causa, ex necessariis, ex per se inhaerentibus*⁹.} Quarum partium omnium / ratio in syllogismorum positione melius ostendi poterit. {^{II.i.9 p. 158.14-17} *Cum ergo perutile / sit et definitione quodlibet circumscribere et divisione dissolvere et / demonstrationibus comprobare, haec autem sine generis et speciei ceterorumque de quibus in / hoc libro tractabitur cognitione nec intelligi nec exerceri possunt,*} / nemo certe qui ambigat quanta sit huius libri utilitas et quam neces/saria ad omnem logicae disciplinae scientiam.

Hac¹⁰ istarum rerum speculatione et/c, usque Mox de generibus (5.6-15).

Quia Porphyrius de supradictis quinque parti/culis tractaturus, introductionem scribere disponebat, dicit se de his sim/pliciora tantum breviter coniectare, de altioribus vero abstinere.

⁹ inhaerentibus] coherentib(us) E

¹⁰ Hac] hanc E

Quae / autem ipsa altiora sint, succincte tangit in subsequentibus, hoc modo: / **Mox** inquit **de generibus et speciebus**, usque **Illud vero** (6.10-15).

Altiores quaestiones / quas dicere recusat Porphyrius tres sunt, quas ipse enumerat brevi/ter tangendo et praetereundo. Quarum prima est utrum genera et species ceteraque / vere subsistant, an solo nudo et puro intellectu capiantur; de/inde, si subsistunt, utrum corporalia sint, an incorporalia; post haec, / si sunt corporalia, utrum separata a sensibilibus, an¹¹ sensibilibus / iuncta.

{^{I.i.10 p. 24.11-12} *Prima igitur quaestio est utrum genera et species et cetera vere subsistant.*} <Quae hoc modo solvitur>. {^{I.i.10 p. 26.1-2} *Si omnis res quae vere sunt sine his quinque esse non possunt, has ipsas / quinque vere*} et non false esse necesse est; omnis autem res quae vere sunt, sine his esse / non possunt; igitur vere subsistunt.

Sed de hac quaestione alia oritur, / hoc est si subsistunt et vere sunt, utrum sint corporalia an incorporalia. Quae / hoc modo solvitur. {^{II.i.1- p. 160.14} *Omne quod est, aut est corporeum aut incorporeum; genera autem et species*} / et cetera, quia sunt, oportet ut in aliquo istorum sint; sed si circa corpora esse et prae/ter corpora intelligi possunt, utique corporalia et incorporalia esse possunt? / Nam si universaliter cogitentur, incorporalia sunt; si singulariter aspiciantur, corporalia. Verbi gratia: si universalem¹² hominem quae est hu|E4r|manitas cogitas, incorporalis est; si singularem aspicias qui est Pla/to vel Cicero, corporalis. Sic et de reliquis.

Sed de hac quaestione iterum tertia / oritur quaestio de incorporalitate, hoc est utrum separata a sensibilibus / an sensibilibus iuncta. Quae hoc modo solvitur. Omne incorporeale aut / nunquam corpori iungitur, aut nunquam sine corpore esse potest, aut aliquo/tiens iungitur aliquotiens separatur. Nunquam corpori iungitur, / {^{I.i.10 pp. 29.23-30.21} *ut Deus, animus; nunquam sine corpore esse potest, ut prima post terminos in/corporalitas; aliquotiens iunguntur aliquotiens separantur, ut anima.*} / Genera autem et species et cetera et a corpore separari possunt et corporibus / iungi. Exⁱⁱ tertio ergo incorporalitatis genere sunt, *quod et praeter corpora sepa/ratum esse possit et corporibus iungi patiantur; sed ita ut, si corporibus iun/cta fuerint, inseparabilia a corporibus sint; si vero incorporalibus, nunquam / ab incorporalibus separentur. Et utrasque in se contineant potestates. Nam / si corporalibus iunguntur, talia sunt qualis illa prima post terminos*

¹¹ an] i(n) E

¹² uniuersale(m)] uniuersal(ite)r(?) a.c. E

in/corporalitas, quae nunquam discedit a corpore; si vero incorporalibus, / talia sunt qualis est animus, qui nunquam corpori copulatur. }

{ II.i.11 p. 167.8-13 *Genera / vero et species subsistunt quidem alio modo, intelliguntur alio. Et sunt incorporalia, / sed sensibilibus iuncta, subsistunt in sensibilibus; intelliguntur vero / ut per semet ipsa subsistentia ac¹³ non in aliis esse suum habentia. }*

{ I.i.11 p. 30.22 *Haec se / Porphyrius tacere pollicetur. }*

{ II.i.12 p. 167.21-23 **Illud vero quemadmodum** etc (5.15-17).} /

{ II.i.12 p. 168.5-8 *Cum omissa quaestionum difficultate mediocritatem tractatus pro/mittit, animum lectoris invitat. }* Ne vero id quod dicturus est refugiat, / *auctoritate Peripateticorum confirmat, }* et hoc **probabiliter** id est quod ratio/ne probari possit. *Peripato¹⁴ circumcalco dicitur; inde Peripatetici, id est circum/calcantes, dicti sunt discipuli Aristotelis, quia circumcalcantes, id est / deambulantes, carmina scribebant, vel quia calcantes¹⁵, id est bene signa/tas et perspectas sententias proferebant.*
{ II.i.12 p. 169.3-5 **Horum** itaque tractatum, quem / **Peripatetici** Aristotele duce reliquerunt, quamvis et **antiqui** inde dis/putaverint, **maxime** se Porphyrius sequi commemorat ut ad Prae/dicamenta tota disputatio conveniat. }

<De genere>

Videtur autem / neque genus neque species simpliciter dici (6.1-7).

Quaeri potest cur Porphyrius de his quinque particulis tractaturus genus ceteris in ordine praeposuerit. Hoc facit duabus / ex causis. Quarum prima est, quia { II.ii.1 p. 170.6-8 *omne quod universale est cetera intra se / concludat, ipsum vero non clauditur, ac ideo principalis naturae* } est; / genus autem continete in se species et differentias et propria et accidenta; er/go a genere incipiendum fuit. Altera vero causa est quod { II.ii.1 pp. 170.14-171.3 *illa semper / natura priora sunt quibus sublatis simul posteriora tolluntur, [E4v] illa vero posteriora erunt quibus positis priora quoque necessario consequuntur, / ut in genere. Nam si animal tollas, quod est hominis genus, homo / quoque quod¹⁶ species est, et rationale quod est ifferentia, et risibile, quod est proprium, / et grammaticum esse quod est accidens, interibunt; si*

¹³ ac] ad E

¹⁴ *Peripati - proferebant* = Icpa 4r26

¹⁵ calcantes] calcates E

¹⁶ quod] q(ui)9 E

vero hominem constituas / vel rationale vel risibile vel grammaticum, animal quoque esse necesse est. } / Iure igitur in disputatione praeponitur genus.

Quia vero genus dicitur non simpliciter dici, constat, quia multipliciter dicitur quam multipliciter in sequentibus { II.ii.1 p. 171.13-14 *discernit ac separat, ut de qua significatione generis tractaturus / sit* } ostendat. Est enim genus nomen aequivocum, quod sub uno vocabulo / diversa definitione distinguitur. Unum enim nomen habent homo / verus et homo pictus, sed longe alia definitio est hominis veri et hominis picti. { I.i.1 p. 33.3-8. At si genus in species ducitur, tunc univocum est, quod et eodem nomine / vocari et eadem significatione constitui potest, ut est 'animal' genus, / 'homo' vero species. Sed genus et species, id est 'animal' et 'homo', possunt unius / animalis nomine appellari et eadem definitione } comprehendere. Nam / cum definiendo dicitur 'animal est substantia animata sensibilis', idem de homine definire potest, ut dicitur 'homo est substantia / animata sensibilis'. Nomen ergo generis Porphyrius in tres dividit formas, sed ut aequivoca, non ut univoca, id est ut hae formae. Uno quidem generis / nomine contineantur, sui autem proprietate segregata dissentiant.

{ II.ii.2 p. 170.14-21 *Sed cum / hae quinque particulae non simpliciter dicantur, cur solummodo dicitur genus et speciem / non simpliciter dici? Quia longitudinem vitans, speciem tantum generi / addidit, ne solum genus multipliciter esse significationis putaretur.* } /

Triplicem autem generis significationem subsequenter enumerat, dicens { I.i.12 p. 34.4-12 *semel vocari genus de eorum inter se plurimorum collectione / qui ab unoquoque nomen generis trahunt, ut Romani a Romulo trahentes genus, ex eodem genere esse dicuntur; secundo loco dicitur genus / affirmat, ut uniuscuiusque nationis principium aut a generante / aut a loco in quo quis natus est, ut Aeneam ab Anchise et genere dicimus esse Troianum; / tertium vero genus dicit illud cui species supponitur.* }

Sed de priori genere significationis primo dicendum, quam hoc modo exponit Porphyrius: **Genus / enim dicitur et aliquorum quodammodo se habentium** et reliqua() usque **Dicitur autem.**

{ II.ii.2 pp. 172.14-173.1 *Videtur / hic Porphyrius hanc generis significationem quasi in duas secus/se partes per copulativam coniunctionem. Et cum dicitur **genus dici / et aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se invicem collectio**, tanquam et illud genus dicitur ad unum se habere aliquo modo, et hoc¹⁷ rursus / genus*

¹⁷ hoc] h(aec) E

dicatur quod ad se invicem unius `generis` significatione coniuncti sunt.
[E5r] Sed minime. Nam societas quolibet uno descendens totam / generis multitudinem et ad illum qui princeps est refert, et ipsam inter / se uno generis nomine coniungit.}

{ II.ii.2 p. 173.4-17 Ordo autem verborum talis est. Ge/nus enim dicitur et aliquorum ad unum se aliquo modo habentium collectio et ad se invicem aliquo modo habentium (subauditur `collectio` `et¹⁸ est zeuma as--ori) cuius significationis datur exemplum: **secunum quam significationem** inquit **Romanorum genus ab unius, scilicet `h`abitudine, dico autem Romuli, et multitudinis** (subauditur `h`abitudine`) / **habentium aliquo modo ad invicem cognationem, eam scilicet quae ab illo / est id est Romulo, secundum divisionem ab aliis generibus dictae scilicet¹⁹ multitudinis, ut ab / aliis discerneretur, ut Romanorum genus ab / Atheniensium ceterorumque separaretur.** } Est autem sensus. Una sig/nificatio generis est quae multitudinem copulat, trahens principi/pium a quolibet uno, ad quod scilicet principium ita multitudo / illa coniuncta est, ut ad se invicem copulata sit per eiusdem u/nius principium, sicuti Romanorum genus cum ab uno Romulo / vocabulum trahat, et ipsi Romulo et ad se invicem uno / generis nomine colligatur.

{ II.ii.2-3 pp. 174.1-13 Sequitur de secunda generis signifi/catione, sic:
Dicitur autem et aliter rursus genus et reliqua, usque: **Et prius quidem** (6.8-17).} /

Sex sunt principales causae { II.ii.3 pp. 174.14-177.6. quae unumquodque principaliter / efficiunt. Harum quatuor fiunt per rem, duo per accidens. Earum quae per / rem fiunt, una est quae dicitur effectiva, sicuti pater principium / est filii; altera materialis, ut lapides principium est domus; ter/tia formalis, velut hominis principium est rationabilitas; / quarta quamobrem²⁰, sicut pugna principium est victoriae. Duae vero, quae / per accidens fiunt, sunt locus et tempus. Omne enim quod nascitur vel fit, / in loco et tempore est; quicquid autem loco vel tempore natum vel factum fu/erit, eum locum vel id tempus accidentaliter dicitur habere principium. /

Ex his ergo principiis haec secunda generis significatio duo continet: / unum ex his quae per rem, alterum ex his quae per accidens fiunt²¹. Nam /

¹⁸ `et - habitudin--` i.m. addidit E

¹⁹ scilicet multitudinis ut / ab aliis] scil()^a ut^c / ab aliis ^bmultitudinis E

²⁰ quamobrem] q(uae) ob re(m) E

²¹ fiu(n)t seu fu(er)it E

ubi dicit “*genus dicitur a quo quis genitus est*”, *effectiva est causa*; ubi / dicit “*et*²² *a loco in quo quis genitus est*”, *accidens est causa principii*. Quod / mox(!?) exemplificat. *Oresten enim dicimus a Tantalo genus ducere, / Tantalus quippe Pelopem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnonem, / Agamemnon genuit Oresten. At Pindarum dicimus esse Thebanum, quia Thebis est genitus.*

Videtur et hic in secunda generis signifi/catione, sicut et prima, duas partes diversae significantes posu/isse, cum dicit “a quo” et “in quo”, id est *procreantis et loci*. *Sed statim per simi/litudinem coniungit, dicens: Etenim patria principium est unius/cuiusque generationis*²³ *quemadmodum et pater*. *Sed quoniam duas generis [E5v] significationes posuit, id est multitudinis et procreantis, in diversis autem / significationibus alterum earum significatae rei necesse est propinquiore esse, / quae significatio magis generi conveniat, discernit, dicens: Haec enim promptis/sima videtur generis significatio esse scilicet `a` procreante. Romani enim qui / ex genere descendunt Romuli.*

Nisi subtilius consideretur, *videtur et hic genus / confundi*. *Si enim maxime hi dicuntur Romani, qui a Romulo descendunt, / et haec est secunda generis significatio quae a procreante ducitur, quaenam erit / illa prima quae dicitur multitudinis ad unum id est Romulum et ad se invicem / habentium collectio? Sed diligentius intuens, quid differant, videbit. / Prima enim in multitudine, secunda consistit in particularitate; et secundae / particularitas, in primae multitudine continetur, ut in Romanorum / genere Scipiadarum genus; Scipiadae autem Romani sunt, quia ad Romu/lum et ad ceteros Romanos secundum Romuli habitudinem iuncti sunt; / Scipiadae vero dicuntur, quia ex familia Scipionis sunt, quod est in secunda ge/neris significatione quam promptissimam asseverat. }*

{ II.ii.3 p. 177.7-11 **Et prius quidem** etc, / usque **Aliter autem** (6.17-20). }

Cum superius dixit multitudinis ad aliquod²⁴ genus se haben/tis²⁵ prius esse, post quod a procreante sit tractatum, cur non dicit prius esse vel quod / a procreante quam quod multitudinis? { II.ii.3 pp. 177.19-178.4 *Non de se, sed humani consuetu/dine sermonum loquitur. <In> quo prius dicitur id genus esse quod a procreante trahitur, / dehinc accedente aetate etiam*

²² et] (ve)l E

²³ generationis] g(e)n(er)is E

²⁴ aliquod] aliq(ui)d E

²⁵ habentis + [e(ss)e] E

*multitudinis*²⁶ *ad aliquem se ha/bentis* propter discernenda nomina diversarum gentium. Quod *idcir/co* facit, *ut ostendat ab hac* significatione generis *quam promptissi/mam dixit, illam nuncupatam quae est multitudinis*²⁷. }

{ II.ii.4 pp. 178.14-179.15 **Aliter autem rursus / genus dicitur et reliqua**(6.21) usque **Tripliciter igitur**.

Ad similitudinem duorum superiorum dicit / tertium genus esse hoc cui supponitur species, de quo inter philosophos sermo est. / Sicut enim illud genus quod ad multitudinem dicitur, uno nomine multitu/dinem claudit, ita etiam hoc genus plurimas species continet; et sicut il/lud genus quod a procreante est principium quoddam est eorum quae procre/antur, ita et hoc genus suis speciebus principium est. } Ideoque ad eorum simi/litudinem dicitur.

{ II.ii.4 pp. 179.18-18-.3 **Tripliciter igitur cum genus dicatur** etc (6.25-7.2). }

Cum duo superi/ora genera substantiam non demonstrent (illud enim quod est multitudinis²⁸ / { II.ii.4 p. 180.9-17 *collectionem tantum facit populi uno nomine quo ab alio populo segregetur, / illud vero quod a procreante procreationis tantum initium ostendit*), tertium / vero genus cui species subponitur speciei substantiam informet, iure hoc / a philosophis ad disputationem sumitur, *inter quos maxima quaestio / est quid*²⁹ *unumquodque sit. Tunc enim unumquodque scitur, cum quid sit agnoscitur. }* /

{ II.ii.4 pp. 180.19-181.2 **Qui etiam / omissis ceteris hoc describentes**³⁰ **assignaverunt.** Bene ait **describen|E6r|tes**, non definientes, quia definitio fit ex genere; quod aliud genus habere non pot/est³¹, quia si su`b` alio genere poneretur, non genus sed species esset. }

{ II.ii.4 pp. 181.13-182.12 *Est ergo descriptio / generis haec: Genus est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid*³² *sit prae/dicatur. Tria*

26 multitudinis] multitudin(um) E

27 mutitudinis] multitudin(um) E

28 multitudinis] multitudin(um) E

29 quid] q(ui)d' E

30 describentes] scribentes E

31 potest] p(os)/e(st) E

32 quid] q(ui)d' E

haec³³ requiruntur in genere, scilicet ut de pluribus praedicetur, ut / de specie differentibus, ut in eo quod quid³⁴ sit. Quod qualiter fiat, dicendum / sub exemplo. Genus est ‘animal’, quod de pluribus praedicatur, scilicet homine, / equo, bove; homo vero, equus. et bos tota forma suae substantiae a se / discrepant; cum ergo haec animalia nuncupentur, praedicatur ‘animal’ / de pluribus specie differentibus. Sed quomodo fit haec praedicatio? In eo / quod quid³⁵ sit. Nam si interrogas quantus vel qualis sit homo, stulta responsi/o est, si ‘animal’ respondetur, quia haec ad quantitatem et qualitatem / pertinent; interroganti autem quid³⁶ sit homo, quid equus, quid bos’, ‘animal’ respon/debitur, quia nomen animalis ad interrogationem quid sit de homine, equo, / et bove, et ceteris praedicatur. Sicque ‘animal’ praedicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit. }

Eorum enim quae praedicantur etc, usque **Alia vero sunt** (7.2-4).

/

{ II.ii.5 p. 183.15-16 *Omnium rerum quae praedicantur duplicem facit Porphyrius divisionem,* } hoc est / in singularitatem et pluralitatem, ut in quo horum praedicatio generis³⁷ ponenda / sit agnoscatur. { I.i.15 p. 44.17-18 *Omnis enim res aut unius rei nomen est aut plurimarum.* } / Singulariter enim praedicantur quae { I.i.1.16 pp. 49.14-50.1 *sub se nihil habent in quod secari vel distri/bui possint,* ut sunt individua, quae *ad nihil aliud praedicantur nisi / ad se ipsa,* quia *singula atque una sunt.* Pluraliter vero praedicantur quae **commu/niter non unius non unius proprie appellationis sunt** ut *genera, species, differentiae, propria, / accidentia; haec enim communiter ad plurima praedicantur, non ad unitatem / sicut individua.* }

De quibus et sequitur: **Alia vero** et reliqua (7.4-6).

{ II.ii.5 pp. 184.14-185.16 *Genera ergo dicantur de plu/ribus speciebus suis, species vero de pluribus individuis suis. ‘Homo’ enim, quod est anima/lis species, plurimas sub se homines habet, et ‘equus’ plurimos equos indivi/duos de quibus praedicatur. Differentia quoque de pluribus speciebus dici potest, ut ‘ra/tionale’ de deo, de angelo, et homine.*

³³ haec] hec a.c., hic p.c. E

³⁴ quid] q(ui)d’ E

³⁵ quid] q(ui)d’ E

³⁶ quid] q(uo)d E

³⁷ generis] gra(tia)s E

Proprium, quamvis de una specie praedi/catur, de multis tamen³⁸ individuis dicitur, ut ‘risibile’ de Platone, Socrate, / et ceteris individuis. Accidens etiam dicitur de multis, nam album et nigrum potest³⁹ / dici de multis, quae a se disiuncta sunt et genere et specie; sedere quoque de mul/tis dicitur, homo enim sedet et simia et avis sedet, quae a se diversa sunt specie. / Quia vero accidens et communiter et proprie potest esse accidens, ideo determina/vit ea ad pluralitatem referri, quae sunt communiter accidentia, non ea / quae proprie. Nam quae proprie alicui accidunt, individua fiunt et de uno tantum / praedicantur, ut album quod in hac nive quae oculis subiecta est. ‘Album’ enim com/muniter accidens est, ut albus homo, albus equus, alba nix; sed cum de una |E6v| nive quae oculis subiecta est praedicatur, singulariter fit accidens. }

Et / notandum de omnibus his quinque particulis, quia { ^{II.ii.5 pp. 185.18-186.6} *‘si’ per semet ipsa considerentur, / pluraliter praedicantur; si vero in subiecta sibi forma et substantia / speculentur⁴⁰, ex pluralitate ad singularitatem adducuntur; / ut, verbi gratia, ‘animal’ de pluribus praedicatur, sed si hoc animal in / Socrate consideremus, fit individuum, quia Socrates est individuus ac / singularis; ‘homo’ quoque de pluribus praedicatur, sed si humanitatem quae in So/crate individuo est consideremus, fit individua; }* sic et de reliquis. /

Quid⁴¹ autem sint haec quinque particulae, demonstrat, dines: **Est autem ge/nus** et reliqua (7.6-8).

Qualiter autem genus ab aliis quatuor differat, subiungit, <dicens>: / **Ab his ergo quae de uno solo** et reliqua (7.9-16).

{ ^{II.ii.6 p. 188.5-8} *Cum divisisset superius omnia quae / praedicantur, aut in ea quae de singulis aut in ea quae de pluribus praedicantur, / ea quidem quae de pluribus, aut genera dixit esse aut species ac cetera, }* { ^{II.ii.6 pp. 189.17-190.13} *nunc qualiter / genus a ceteris omnibus quae quolibet modo praedicantur differat, ostendat. Nam / quia de pluribus praedicatur, differt ab his quae de uno tantum praedi/cantur; quae differentia communis⁴² est ei cum ceteris quatuor particulis, / quia et ipsa⁴³ de pluribus praedicantur.*

38 tamen] t(antu)m E

39 potest] p(os)e(st) E

40 speculentur] specuænt(ur) E

41 Quid] Q(ui)d’ E

42 communis] co(m)mun() E

43 ipsa] ipse E

*Horum autem singulorum differentias / a genere demonstrat, hoc modo. Ab his⁴⁴ autem quae de pluribus / subaudis ‘praedicantur’ differt genus ab speciebus quidem, quoniam⁴⁵ species, etsi de / pluribus praedicantur, non tamen⁴⁶ de differentibus specie sed numero. } { II.ii.6 p. 190.19-21 **Homo / enim de Socrate et Platone praedicatur qui a se disiuncta sunt non specie ut homo, / equus, bos, sed numero } { II.ii.6 p. 191.9-14 id est in numerando, quia cum dicimus ‘hic Socrates est’ ‘hic Pla/to’, duas fecimus unitates quae tantum non eadem est in Socrate quae in Platone; } / altera enim persona Socratis, altera Platonis.***

{ II.ii.6 p. 193.3-16 **A proprio vero differt genus** etc (7.17-21). /

Proprium semper ad unam speciem refertur. Unde et de ea specie cuius est proprium praedicatur, / et de individuis quae sub illa sunt specie, ut risibile de homine dicitur et de / Socrate et Platone. Differt ergo genus a proprio eo quod genus non de una tantum / specie sed de pluribus praedicatur, proprium autem de una tantum et de his quae sub illa sunt / individuis praedicatur. }

A differentia vero et ab his quae communiter sunt accidentibus differt genus / et reliqua(7.21-8.8).

Una est distantia differentiae et accidentis a genere. { II.ii.6 pp. 193.21-194.19 Nam in eo / quod de pluribus et specie differentibus praedicantur, generi coniunguntur; sed in hoc / separantur ab eo, quia non in eo quod quid⁴⁷ sit sed in eo quod quale sit praedicantur. / Si enim interrogaveris ‘qualis est homo?’, respondetur ‘rationalis⁴⁸’, quod est differentia; si vero ‘qualis est corvus?’, respondetur ‘niger’, quod est accidens; / at si interrogas ‘quid⁴⁹ est homo?’, respondetur ‘animal’, quod est genus.

Quaestio / vero est in hoc quod dicit magis praedicari in eo quod quale sit quam in eo <quod> quid sit / praedicari. Sed hoc modo solvitur: Quia videtur quidem differentia substantiam |E7r| significare, et ideo in eo quod

44 his + [que de uno] E

45 quoniam] q(uia) E

46 tamen] t(antu)m E

47 quid] q(ui)d’ E

48 rationalis] rationale E

49 quid] q(uo)d E

quid sit praedicari; sed magis hoc verius est, quia quam/vis substantiam⁵⁰ monstret, tamen⁵¹ in eo quod quale sit praedicatur. } /

{ II.ii.7 pp. 194.20-195.12 **Quare de pluribus praedicari** etc, usque **Nihil igitur** (8.9-15).

Quia tria sunt / quae generis significationem informant, id est de pluribus praedicari, de / specie differentibus, et in eo quod⁵² quid⁵³ sit, breviter recapitulat qualiter / hae singulae tres partes genus a ceteris quatuor secernant. Nam / ab his quae de uno tantum praedicantur, differt genus, quia de pluribus / praedicatur; } { II.ii.7 p. 196.2-8 ea vero differentia qua de specie differentibus praedicatur, dif/fert a specie et proprio, quia species de nulla specie, proprium vero de una / tantum specie praedicantur; a differentia vero et accidenti differt genus, / quia in eo quod quid sit praedicatur, illa vero in eo quod quale sit. }

{ II.ii.8 p. 196.16-18 **Nihil igitur su/perfluum** et reliqua (8.15-16).

Omnis descriptio vel definitio debet aequalis / esse ei rei quae describitur vel definitur. } { I.i.20 pp. 59.21-60.1 Nam si maior est definiti/o quam definitum, non erit integra et propria definitio, quia non solum illam / rem quam definit, sed etiam alias res amplectitur; } { I.i.20 p. 60.17-19 si vero minor / fuerit definitio quam definitum, curtam et diminutam faciet quodam modo / rationem. }

{ II.ii.8 p. 197.1-4 *Maiora autem de minoribu praedicantur, ut animal de ho/mine. Minora vero de maioribus minime. Nemo enim vere dicere / potest ‘omne animal homo est’.* } { I.i.20 p. 60.2-25 *Maiorum igitur praedicamentorum maior erit de/finiatio, minorum vero minor; animal ergo, quod maius est, ita definitur: / animal est substantia animata sensibilis, homo vero ab ani/mali minus est, ita definitur: homo est animal rationale morta/le risus et disciplinae perceptibile. Quia maius est animal quam / homo, maior erit etiam definitio animalis quam hominis, quia plus / est dicere ‘substantia animata sensibilis’ quam ‘animal / rationale mortale’.* *Nam substantia animata sensibilis / sicut et ipsum animal, non solum hominem sed etiam equum et⁵⁴ bo/vem vel alias huiusmodi species*

⁵⁰ substantiam] submostancia(m)(!) E

⁵¹ tamen] t(antu)m E

⁵² quod] q(uo)d’ p.c. et q(ui)d’ a.c. E

⁵³ quid] q(ui)d’ E

⁵⁴ (et)] (ve)l a.c. E

complectitur. Si quis ergo ad hominem / maiorem definitionem, quae est animalis, aptavit, ut definiens / hominem dicat 'homo est substantia animata sensibilis', non / est plena⁵⁵ definitionis ratio, cum equus atque bos substantia ani/mata sensibilis esse possint. Si quis vero maiori rei miorem / definitionem aptaverit, ut, verbi gratia si quis animal definire / volens dicat 'animal est res rationalis risus et disciplinae / perceptibilis', non erit integra definitio, quia sunt quaedam anima/lia quae hoc non sunt, ut equus vel bos quae neque rationabilia / neque risus <neque disciplinae> perceptibilia sunt. Restat ergo ea sola bene defi|E7v|niri quaecumque aequalibus definitionibus constituuntur. }

Aequalis autem / definitio est quae converti non potest. { I.i.20 pp. 60.27-61.21 }
Nam si maius praedicamentum / de minore aliquo praedicatur, converti non potest, ut minor de ma/iore praedicetur, quia semper maiora de minoribus, minora vero nunquam / de maioribus praedicantur. Si quis enim dicat 'omnis homo animal / est', convertere non potest, ut dicat 'omne animal homo est', quia equus et bos / animalia quoque sunt. Quae autem paria sunt, invicem convertuntur, / ut omnis homo risibile et omne risibile homo. Quaecumque ergo / definitio converti potest, vera et aequalis est; quae vero con/verti non potest, ut maior aut minor est; ac idcirco / inaequalis. Nam si dicas 'homo est substantia animata / sensibilis', verum est; quod si convertas et dicas 'substantia / animata sensibilis est homo', non omnino verum est, quia potest esse / substantia animata sensibilis et homo non esse. Item si dicas / 'res rationalis mortalis risus et disciplinae capax animal / est', verum est; si autem convertas et dicas 'animal est res ra/tionalis mortalis risus et disciplinae capax', non omnino / verum est, quia animal potest esse et rationale et risus capax / non esse.

{ I.i.20 pp. 61.21-62.1 } *Quotiens ergo maior est definitio quam res quae defini/tur, ut veram facias definitionem, prius rem dic et postmodum / subiunge definitionem. Verbi gratia: homo est res minor, / definitio vero maior 'substantia animata sensibilis'; ut / ergo recte definias, prius dic 'homo est' et post subiunge 'sub/stantia animata sensibilis'. }* { I.i.20 p. 62.8-23 }
Si vero minor fuerit defi/nitio quam res quae definitur, si veram vis facere defini/tionem, prius dic minorem definitionem et post subinfer / rem maiorem. Minor autem definitio est 'res rationalis mor/talis risus et disciplinae capax', res vero maior 'animal est'. / Si ergo recte vis definire, prius dic 'res rationalis mortalis / risus et disciplinae capax' et postea

⁵⁵ plena] plæna E

‘animal est’. *Nam si prius / dixeris ‘animal est’ et postea intuleris ‘res rationalis mortalis / risus capax’, falsa definitio est.* }

{ I.i.20 p. 63.13-15 *Ut ergo definitiones semper verae / sint, neque plus neque minus in eis oportet aptari, sed aequaliter convenienterque disponi,* }
{ II.ii.8 p. 197.6-12 *ut in ea ipsa generis descriptione. Dictum est enim esse / genus [esse] quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit praedicatur. Quae / descriptio cum genere converti potest, ut dicamus ‘quod de pluribus specie / differentibus in eo quod quid sit praedicatur genus est’. [E8r] Quodsi converti potest, ut ait, nec plus nec minus generis / continet facta descriptio.* }

De specie /

{ II.iii.1 p. 198.8-10 *Post generis disputationem de specie tractat.*
De qua dubitari potest } quare / post genus ponatur, cum { II.iii.1 p. 198.17-19 *in prooemio hunc ordinem posuerit quem natura/lis ordo suggessit, dicens utile esse nosse quid genus sit et quid differentia.* } Ratio quoque hoc habere videtur ut, { II.iii.1 p. 198.10-17 *si ideo genus ceteris prae/ponitur quia naturae suae magnitudine cetera continet, ita quoque / differentiae⁵⁶ in ordine tractatus speciei praeponenda est eo quod differentia speciem contineat et etiam informat, prius autem esse debet / id quod informat quam id quod informatur, atque ideo species a differentia posterior est.* } { II.iii.1 pp. 198.20-199.11 *Huic quaestioni respondendum, quia genus et species / relativa sunt, quia sicut non potest esse pater nisi sit filius nec filius nisi praecedat / pater, alteriusque nomen pendet ex altero, ita species nisi generis non est rursusque / genus esse non potest nisi referatur ad speciem. Quorum ergo relatio alterutrum / constituit, eorum continens factus est iure tractatus.* }
{ II.iii.2 p. 199.12 *Ait ergo hoc modo / de specie incipiens:* } **Species autem dicitur quidem et de uniuscuiusque forma secundum quam dictum / est primum quidem species digna imperio (8.17-19).**

Dicitur autem species et reliqua, usque Triangulum vero figurae speciem (8.19-22).

{ II.iii.2 p. 199.20-22 *Cum / plures sint speciei significaitones, quas brevitatis causa prae/terit duas tantum ponit, ut ostendat non simplicem esse speciei / significationem sed habere significationes aequivocas sicut et genus.* } /

⁵⁶ differentiae] differentia E

{ II.iii.2 p.200.2-10 *Dicens vero primum speciem vocari uniuscuiusque figuram quae per accidens / fit, caute dixit **uniuscuiusque**, quia quae cuique individuo forma est, / non ex substantia sed ex accidenti venit. Substantialis quippe / formae species ipsa humanitas est, non quasi subposita animali / sed tanquam ipsa qualitas substantiam monstrans.* }

{ II.iii.2 p. 201.2-5 *Triplicem enim / speciei significationem nos esse dicimus: unam substantiae qualitatem, / aliam cuiuslibet individui propriam formam, tertiam de qua nunc loquitur quae / sub genere ponitur.* } { II.iii.2 p. 201.5-8

Quarum una, id est substantiae qualitatem, propter *alti/orem* sui intellectum praetermittens, ceteras posuit. Et una harum / species secundum accidens est ut, { II.iii.2 pp. 200.18-201.2 *si uniuscuiusque proprietatem consideres, / id est quam virilis vultus quam firmus incessus ceteraque quibus individua / formantur, dicas quemlibet aptum imperio propter dignitatem formae. / Huic aliam adiungit speciei significationem quam subponimus / generi.* }

{ II.iii.2 p. 201.8- *Cuius exempla subiecit. Hominem quidem animalis speciem, / album autem coloris, triangulum vero figurae.* }

{ II.iii.2 p. 201.13-22 *Quodsi etiam genus / assignantes speciei meminimus dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur et speciem / dicimus id quod sub genere est* (8.22-9.1).

Sicut superius in definitione generis speciei **|E8v|** nomen iniecit, dicens id esse genus quod de pluribus specie differentibus / in eo quod quid sit praedicaretur, ita nunc in [de] definitione speciei / generis utitur nuncupatione, dicens speciem esse quae sub genere / ponitur.

{ II.iii.2 pp. 202.1-203.4 *Sed inde quaestio oritur. Omnis namque definitio debet / fieri ex notioribus quam illa res sit quae definitur. Cum ergo per speciei / nomen definirer genus, abusus est vocabulo speciei velut / notiore quam generis; cum vero speciem definit, utitur generis nomine / quasi notiore. Quod facere non debuit, quia si generis vocabulum / notius est quam speciei, in definitione generis speciei vocabulo uti / non debuit; neque in definitione generis speciei nomine uti, si / facilius intelligitur nomen speciei quam generis.*

Sed huic quaestioni / occurrit, cum subdit: **Nosse autem oportet quoniam et genus / alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse est et⁵⁷ in utrorumque rationibus utrisque uti** (9.1-3). /

Si omnia quae / ad aliquid praedicantur, substantiam sumunt ex his de quibus / praedicantur; definitio autem sive descriptio uniuscuiusque /

⁵⁷ (et)] s a.c. E

substantiae proprietatem debet ostendere; iure ex alteroutro / fit descriptio in his quae ad invicem referuntur. Ergo quoniam genus / speciei genus est et substantiam suam vocabulumque a specie sumit, / species autem eodem modo id quod est sumit ex genere, recte in utriusque defini/tione vocabulum utriusque alternatim fuit assumendum. }

{ II.iii.2 p. 203.4-16 *Quia vero diversae / sunt specierum qualitates (sunt namque species quae et genera esse possunt, sunt quoque⁵⁸ in sola / speciei proprietate permanent), ideoque multiplicem speciei definitio/nem dat, dicens: **Assignant ergo et sic speciem: species est quod ponitur / sub genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur**, usque ad **Sed haec quidem assignatio specialissimae est et / quae solum species est** (9.3-9).*

*Tres definitiones speciei dedit. } { II.iii.2 p. 204.1-4 **Primum quidem in quo dictum est / id esse speciem quod sub genere ponitur; alteram in qua dictum id esse speciem / de qua genus in eo quod quid sit praedicatur;** } tertiam quae { II.iii.2 p. 205.4-5 *de pluribus numero / differentibus in eo quod quid sit praedicatur. } { II.iii.2 p. 204.1-20 **Duae⁵⁹ quidem priores omni / speciei conveniunt. Nam illa quae dicit id esse speciem quod sub genere po/nitur, et ea quae dicit id esse speciem de qua genus in eo quod quid sit praedicatur, / eandem significat speciei formam. Idem est enim et poni sub genere / et de eo praedicari genus. Quodsi omnis species sub genere ponitur, est / manifestum omnem speciem hoc ambitu descriptionis / includi. Tertia vero definitio de ea tantum specie loquitur, quae / nunquam genus sed solummodo species est. Quae hoc modo a ceteris distinguitur / quod illae, quia et genus esse possunt de differentibus specie praedicantur, / haec vero species praedicatur quidem de subiectis sed non de specie differentibus; [E16r] ideoque solum erit superioris generis species, subiectorum vero non erit genus. } / { II.iii.2 p. 205.2-7 **Haec igitur species, quae magis species ac specialissima dicitur, definitur hoc modo: / species est quae de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit praedicatur, / ut homo. Praedicatur enim de Platone, de Cicerone, et ceteris qui / a se non specie sed numero discrepant. }******

{ II.iii.3 pp. 205.8-206.18 *Ex tribus igitur definitionibus duae / quidem et specialissimis et non specialissimis aptae sunt, haec vero / tertia sola*

⁵⁸ quoque] q(uem) E

⁵⁹ Duae] [n]due E

*ultimam speciem claudit. Quod ut apertius fiat aliquid, / altius inde agit et exemplificat: **Planum autem erit quod / dicitur hoc modo**(9.10) usque **Et omne quod ante individua proximum est, erit species solum, non autem genus** (9.10-10.7).} /*

{II.iii.3 p. 206-19-2-8.3 Aristoteles decem praedicamenta disposuit. Quae ideo praedicamenta / vocavit, quia de ceteris omnibus praedicantur. Quicquid vero de alio / praedicatur, si non potuerit praedicatio converti, maior est res illa / quae praedicatur ab ea de qua praedicatur. Itaque haec praedicamenta / maxima rerum omnium, quoniam de omnibus praedicantur ostensa / sunt. In unoquoque ergo horum praedicamentorum quaedam generalissima / sunt genera, et est longa series specierum atque a maximo de/cursus ad infima. Et illa quidem quae de ceteris praedicantur ut / genera; et quibus nullum aliud superponitur genus et quae nullis / aliis subponitur ut species, generalissima genera nuncupantur. / Infima vero quae de nullis speciebus dicuntur, specialissimae species / appellantur, eo quod pura inpermixtaque in sua proprietate sint / constituta. Est enim simplex species, quia ita generi supponitur, ut / nullis aliis differentiis praeponatur ut genus. Species enim quae / sic supponitur alii generi ut alii praeponatur, non est simplex / species, sed habet quandam generis admixtionem; illa vero species quae / ita supponitur generi ut minime aliis speciebus praeponatur, illa / solum species et simplex est species, et idcirco maxima et⁶⁰ specialis/sima species est. Inter genera autem quae sunt generalissima et species quae / sunt specialissimae, in medio sunt quaedam quae superioribus col/latae sunt species, inferioribus vero genera; atque ideo subalterna genera / et species nuncupantur. Alterum enim sub altero collocatur.} /

{I.i.23 pp. 70.13-71.14 Dat igitur huius rei exemplum, quo quod dicit facilius posse / agnosci. Facit igitur hanc divisionem. Ponit substantiam / magis genus; supponitur substantiae corpus et incorporeum; / corpori animatum corpus et inanimatum; animato⁶¹ / corpori animal sensibile et insensibile, ut sunt ostrea / vel conchilia⁶² et echini `vel` arbores et alia huiusmodi [E16v] quae vivendi animam habent, non etiam sentiendi; sub anima/li animal rationale et irrationale; sub rationali mor/tale et immortale; sub mortali hominem; sub homine / singulos homines, hoc est corpora individua, Ciceronem / et Virgilium. Substantia ergo, quae prior est loco, magis generis / accipitur, genus enim solum, non etiam species est, nullum enim /

⁶⁰ (et)] i a.c. E

⁶¹ animato] Animatu(m) a.c. E

⁶² conchilia] congilia E

supra se genus habet. *Homo vero solum species est, quia nullas alias / sub se species habet; singuli enim homines non specie sed numero / differunt. Corpus vero, quod sub genere, id est substantia, positum est, ad / substantiam quidem species et <ad> animatum corpus genus accipitur; / animatum autem corpus ad corpus species est, ad animal genus; / animal autem ad animatum corpus species, ad rationale / animal genus est; rationale item animal mortalis genus / est, species animalis; mortale autem genus est hominis, species rati/onalis animalis; homo autem, quod super individua est, nihil / de generis natura sortitur, sed tantum sola species est.* }

Notandum autem / {^{I.i.23 p. 71.15-22} sicubi in aliis rebus haec divisio ponitur, ut quicquid illud fue/rit cuius genus inveniri non potest, id magis genus dicatur; et quicquid cuius / nulla species fuerit, id est ut supra individua collocetur, id magis / species dicatur. Consequens enim est ut, si id genus est quod super res specie diferentes ponitur, magis autem species; non super res specie diferentes / ponitur, nunquam haec species genus digne possit dici. }

{^{I.i.24 p. 72.8-15} Cum autem duae / sint foramae omnium rerum, videlicet ut aut genera praeponantur / aut species supponantur, summitates, id est generalissimum genus et / specialissima species, singulas tantum continent habitudines: / illud ut tantum genus nunquam species, istud ut sola species nunquam genus di/catur. Subalterna vero, quae media⁶³ sunt, utraque habent formas, } quia et / genus ad inferiora et species dicuntur ad superiora.

{^{I.i.24 p. 72.17-25} Nec nos trubet quod / species specialissima, quae est homo, habet sub se aliquid, id est singulos / homines. Quamvis enim individuis supersit, nunquam tamen formam / specialitatis immutat. Cum enim individua contineat, quae sub / una specie sunt et nulla proprietate substantiae discrepant, species⁶⁴ / vocatur <eorum> quae continet.

Animalis quidem species quia continetur, hominum / vero singulorum species quia continet eos⁶⁵ qui nulla specie discrepant. }

{^{II.iii.4 pp. 210.18-211.14} Est / ergo communis regula omnium eas esse specialissimas species quae supra / sola individua collocantur, ut homo, equus, corvus; sed non⁶⁶ / avis, avium enim multae sunt species. Sed haec tantum species dicuntur |E17r| quorum subiecta ita sunt sibi consimilia ut substantia, non differant. / In omni autem hac dispositione priora genera

⁶³ media] mædia E

⁶⁴ species] sp(eci)e E

⁶⁵ eos] eas E

⁶⁶ n(on)] (et) a.c. E

cum inferioribus iunguntur, / ut posteriores efficiant species. Nam, ut sit corpus, substantia / cum corporalitate coniungitur, et est substantia corporea. Item / corpus, ut sit animatum, corporeum atque substantia animato / copulatur, et est animatum, substantia corporea habens animam. / Item, ut sit sensibile, eidem tria illa superiora iunguntur, nam quod / est sensibile tantum est quantum substantia corporea animata / retinens sensum, quod totum animal est; item superiora omnia rationi / coniuncta, efficiunt rationale. Postremoque hominem superiora / omnia nihilominus terminant; est enim homo substantia corporea / animata sensibilis rationalis mortalis. Nos vero definitionem / hominis reddimus animal rationale mortale, in animali / scilicet includentes et substantiam et corporeum et animatum atque / sensibile. Et in ceteris quidem speciebus atque generibus ad hunc modum vel genera / dividuntur vel species describuntur. }

{ II.iii.5 pp. 211.15-212.18 **Quemadmodum igitur substan/tia** et reliqua, usque **Sed etiam individuorum** (10.8-11.6). }

{ II.iii.5 pp. 213.1-216.5 **Quemadmodum, inquit, genus, quoniam genus non /** *habet supra se, genus generalissimum dicitur ut substantia, ita species quia / sub se non habet speciem sed individua, specialissima species dicitur ut homo. / Sed quid est species non habere? His praeesse quae neque in dissimilia dividi / possunt ut genera, neque in similia ut species. Quae vero inter genera generalissima / et species specialissimas sunt constituta, species et genus nuncupantur, quia / et ipsa aliis supponuntur et eis alia subiciuntur. Cumque sint duae / habitudines sibi oppositae, una ad inferiora, alia ad superiora, / generalissima quidem genera unam tantum retinent habitudinem, id est eam quae / ad inferiora; specialissima vero species similiter unam, id est eam quae ad superiora / comparatur; quae vero subalterna genera sunt, utraque habitudine funguntur, / quia et genera sunt et species, genera quidem ad inferiora, species ad superiora. Specialissimae vero species, licet individuis praeponantur, praepositi tamen ha/bitudinem non habent, quia illa quae ei supponuntur, talia sunt ut / secundum substantiam unum sint et nihil differant, secundum accidens / saltem distare videantur, ut paene dici possit nulli quodammodo / speciem praepositam esse si substantiam aspicias, si accidentia / plures fiunt species, non substantiae diversitate sed accidentium / multitudine. Genus quidem plurimas sub se species habet; de / differentibus enim specie praedicatur, differentia vero pluralitatem / habet. Species autem etiam <uni> individuo*

praeesse potest, ut species phoenicis [E17v] et species solis; unus⁶⁷ est enim phoenix et unus sol. Nullam ergo multitu/dinem species per se continet, cum⁶⁸ etiamsi unum sit tantum individuum, / species tamen dicitur. Quibusdam enim suis quasi similibus partibus praeest, quem/admodum si aeris virgulam in partes suas divides, secundum id quod aes / dicitur idem et partes et totum sunt. Quapropter species quamvis individuus / sit praeposita, unam tamen⁶⁹ habet habitudinem, id est ut tantum species. / Est enim superiorum species tanquam subiecta inferiorum, ideo quia eorum / substantiam demonstrat. Species enim substantia dicitur, sed non / ita est substantia indivi`du`orum quemadmodum speciei genus. Illud enim / pars substantiae est, ut animalis homo, reliquae enim par/tes sunt rationale et mortale. Homo vero Socratis atque Pla/tonis tota substantia est. Nam ut homines definias, / addis animali rationale mortale; ut autem Socrates / aut Cicero, fiat nullam differentiam substantialem ad/dis ad hominem. Specialissima ergo species hanc unam pos/sidet habitudinem quod a superioribus continetur, inferiora / vero substantialiter continet. }

{ II.iii.6 p. 216.6-18 **Determinant enim generalissimum / quod, cum genus sit, non est species, usque Agamemnon Atrides etc (11.7-18). /** }
 { II.iii.6 pp. 216.20-217.17 *Postquam naturam et diversitatem generum et specierum mon/stravit, ordinem definitionis vel descriptionis eorum / commemorat. Et generis quidem generalissimi duplex videtur / descriptio, cum dicit genus esse non speciem, et rursus supra quod non / est aliud superveniens genus; specialissimae vero speciei triplex / videtur descriptio, scilicet quod cum sit species, non est genus; et cum⁷⁰ / sit species, nunquam dividatur in species; et quod de pluribus / numero differentibus in eo quod quid sit praedicatur; } { II.iii.6 pp. 219.13-220,1 *subalter/norum vero simplex est descriptio, videlicet quod et genera et / species sunt. }**

Et prima quidem descriptio generis generalissimi primae / descriptioni specialissimae speciei opposita est. Est enim / generis sic quod cum genus sit non est species, speciei autem quod cum species / sit non est genus. Et quoniam { II.iii.6 pp. 217.7-218.3 *praepositio opponitur suppositioni; / genus autem praeponitur, species vero supponitur; si ideo erit primum / genus, quia ita*

⁶⁷ unus] Vna E

⁶⁸ cum] tu(m) E

⁶⁹ tamen] t(a)ntu(m) E

⁷⁰ cum] q(uem) E

praeponitur ut minime supponatur, idcirco / erit ultima species, quia ita supponitur ut minime / praeponatur.

Secunda *descriptio* speciei est quod, cum sit species, / nunquam dividatur in species. Quod est dictum quasi dicat: / nunquam erit genus. Nam si omne genus specierum genus est, **|E18r|** si quid non dividitur in species, genus esse non potest.

Tertia descriptio est / quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit praedicatur. / In qua descriptione⁷¹ attendendum. Si, ut supradictum est, speciei / unum individuum potest esse subiectum ut phoenici atomum⁷² / suum, ut soli corpus hoc lucidum, ut mundo vel lunae,} quomodo dicat / speciem esse quae de pluribus numero differentibus in eo quod / quid sit praedicatur, cum sint quaedam ut phoenix, sol, luna, mundus, / quae de numero differentibus minime dicantur? Quae / quaestio ita solvitur. Omnia quae sub speciebus specialissimis / sunt, sive infinita sive finita numero sive singularia, / quamdiu est aliquid individuum, semper species dicitur, quia etsi sint⁷³ / plura individua, tamen substantia non differunt; sed non ita / est in genere. Praeest⁷⁴ enim speciebus quae substantia differunt, et / si una earum perierit vel una species permanserit, genus esse non / potest, quia nulla ubi differentia est cum de differentibus specie / praedicatur; aliter vero in specie, quia si omnia individua perierunt, et / unum tantum supersit, species tamen permanet. Quod vero dicitur de plu/ribus numero differentibus species praedicari, duobus modis expli/catur, id est et secundum veritatem et secundum potestatem. Nam secundum veri/tatem plures sunt species quae de numerosis individuis quam de uno / tantum individuis praedicantur; secundum potestatem vero, quia posset de / pluribus phoenicibus vel solibus si plures essent praedicari, quod nunc de uno / phoenice vel sole praedicatur, sicut dicimus hominem risibilem, non quia / rideat sed quia ridere potest.

Sequitur subalternorum <descriptio>⁷⁵, sic. / {II.iii.6 pp. 219.23-220.10
Subalterna sunt quae et genus et species dici possunt, *ad eum modum ut / in familiis quae*⁷⁶ *procreant et procreantur, ut in subiecto patet / exemplo, ut Agamemnon, Atrides, et Pelopides.* Atreus⁷⁷ enim / Pelopis filius

⁷¹ descriptione] descriptio e(st) E

⁷² atomum] athomu(m) E

⁷³ sint] s(un)t E

⁷⁴ Praeest] Pret(er) E

⁷⁵ <descriptio> scripsi, sp(eci)es scripsit et delevit(?) E

⁷⁶ quae] qui E

⁷⁷ Atreus] Atrius E

*tanquam eiusdem species, tamen quasi his genus est; item / Agamemnon Pelopides et Tantalides, cum Pelops ad Tantalum / comparatur Tantalusque ad Iovem quasi species; itemque Tantalus ad Pelpem, / Pelops ad Creontum*⁷⁸ *quasi genera esse videntur, cum Iuppiter sit / horum veluti generalissimum genus.* }

{ II.iii.7 pp. 220.11-221.7 **Sed in familiis quidem / Plerumque ad unum reducuntur omnes principium, verbi gratia / ad Iovem; in generibus autem et speciebus non sic se res habet, usque / Cum vero decem sint prima et reliqua (11.18-12.6).** }

{ II.iii.7 p. 221.8-9 *Cum de subalternis generibus / dicens familiae cuiusdam posuisset exemplum, quae ab Aga/memnone pervenit ad Iovem,* } { II.iii.7 p. 221.13-16 *ne quod in familiis est id [E18v] [id] in rebus quoque esse credatur, ut res omnes possent ad unum sui no/minis redire principium, idcirco determinat hoc in generibus et speciebus non / esse.* }

{ II.iii.7 p. 221.18-20 *Fuere autem quidam qui dicerent omnium rerum esse genus quod / nuncupant* } { I.i.24 p. 74.15-16 *tractum in participii abusio[n]em* } { II.iii.7 pp. 221.20-222.4 *ab eo quod est esse. Omnia / enim sunt et de omnibus praedicatur esse. Substantia namque est. et qualitas est, / et quantitas est, ceteraque praedicamenta quae nisi esse constaret minime / de eis tractaretur.* }

{ II.iii.7 p. 222.7-11 *Sed Aristoteles huic sententiae reclamatur, / dicens non ad unum res duci posse principium, sed [˘omne˘] decem esse genera in / rebus quae, cum a⁷⁹ semet ipsis⁸⁰ diversa sint, ad nullum commune re/ducuntur principium.* } Nam quamvis de omnibus praedicatur esse, diversae / tamen sunt substantiae. Et quorum diversa est substantia, diversa / etiam erit definitio. { II.iii.7 p. 222.19-22 *Quibus enim definitio communis nominis / convenit, illa communi vocabulo univoce praedicantur; quibus vero / non convenit, vox his communis est, non substantia.* } Itaque id quod / dicitur ens, quamvis de omnibus dicatur praedicamentis, tamen quia una / definitio omnibus aptari non potest, idcirco non univoce sed aequi/voce id genus de praedicamentis dicitur.

{ II.iii.7 pp. 223.24-225.9 *Alia quoque ratione id quod dicitur / ‘ens’ convincitur praedicamentorum genus esse non posse. Unius rei duo /*

⁷⁸ Creontum] creantu(m) E

⁷⁹ a] i(n) E

⁸⁰ ipsis] ipsit a.c. E

genera esse non possunt nisi⁸¹ alterum alteri subiciatur, ut hominis / genus est animal atque animatum, cum animal animato / velut⁸² species supponatur, at si duo sibimet ita sint aequalia / ut nunquam alterum alteri supponatur, haec utraque eiusdem speciei genera / esse non possunt. Ens igitur et unum neutrum neutri⁸³ supponitur. Neque / enim unius dicere possumus genus ens, nec eius quod dicimus ens / unum. Nam quod dicimus ens unum est et quod dicimus unum ens est, / genus autem et species minime convertuntur. Si igitur praedicatur ens / de omnibus praedicamentis, praedicatur etiam unum. Nam substan/tia unum est, qualitas unum est, quantitas unum est, et cetera ad hunc / modum. Igitur si esse, quoniam de omnibus his praedicatur, omnium⁸⁴ / genus erit; unum quoque, quia de omnibus praedicatur, erit omnium genus. / Sed unum atque ens minime alterum alteri praeponitur; duo / igitur aequalia singulorum praedicamentorum genera sunt, quod fieri non potest. /

Cum ergo haec ita sint, Porphyrius determinavit, dicens / non ita in rebus ut in familiis omnia ad unum principium / posse reduci nec omnium rerum commune genus esse / posse, sed sunt posita, inquit, decem prima genera quasi decem principia. / Quae si quis ab ‘ens’ entia nuncupat, aequivoce nuncupabit, [E19r] non univoce, quia commune his quod dicimus ens vocabulum est, vocis sig/nificatione, non ratione, substantiae. }

{ II.iii.8 p. 225.10-17 **Decem quidem sunt generalissima⁸⁵, / specialissima vero etc, usque [ad id] descendere⁸⁶ autem per media divi/dentem (12.7-13).** }

{ II.iii.8 p. 226.3-8 *De multiplicatione generum et specierum et individuorum / Porphyrius rationem dans, dicit decem tantum genera ab Aristotele reperta, / quae omnibus rebus praeferenda sint. Species vero multo plures quam genera.* } { I.i.25 p. 75.17-22 *Habent / enim genus sub se plurimas species. Et quoniam decem genera omnium rerum prima sunt, species specialissimae non solum decem sunt sed plures, non tamen infinitae. / Individua vero, quae sub specialissimis sunt, infinita sunt; nec ulla in/telligentia capiuntur, quia nullo scientiae termino includuntur / quae infinita sunt.* }

81 nisi] In *E*

82 velut] uel' *E*

83 neutri] neutro *E*

84 omnium] om(n)ib(us) *E*

85 generalissima] gnalissima *E*

86 descendere] descend et lacuna *E*

{ II.iii.8 p. 227.7-10 *Idcirco iubet Plato per ea quae sunt finita dividere,* } / id est a generalissimis ad specialissimas⁸⁷ { I.i.25 p. 76.1-4 *per intervalla media de/currere, specificis differentiis dividendo. Specificae autem / differentiae sunt quae speciem quamcumque declarant.* } { I.i.25 p. 76.13-16 *Nam si quis corpus / animatum et animal rationale mortale, quae scilicet differentiae / in subalterno ordine sibi suppositae sunt, coniunxerit*⁸⁸, hominis speciem / informavit. } { I.i.25 p. 76.24-26 *Ergo cum per haec descensum fuerit ad species specia/lissimas, relinquenda sunt sub specialissimis individua; nec / eorum aliqua scientia requirenda,* } { II.iii.8 p. 228.1-2 *quoniam individuorum nunquam erit / disciplina nec numerus.* }

{ II.iii.9 p. 228.3-13 **Descendentibus igitur ad specialissima / necesse est dividentes** et reliqua, usque **Divisivum est enim** (12.13-21). }
 { II.iii.9 p. 228.14-16 *Dividere est / in multitudinem quod unum ante fuerat dissolvere, omnisque / divisio e contrario compositionem coniunctionemque meditat.* / Genus ergo, cum unum sit, } plurimas species gignit; { I.i.26 p. 77.20-25 *species vero ipsum / genus, unde profluunt, in plurima dispertiunt. Genus autem plu/rimas res colligit, ipsumque iterum a plurimis speciebus dividitur. / Namque homo, corvus, et equus, quae sunt species quantum ad ani/mal, aequaliter animalia sunt; sicque nomen animalis omnes / suas species intra se continet,* } { I.i.26 p. 78. *ipsae autem spcies illud genus, quod / sub se eas continet, divisae*⁸⁹ *inter se dividunt et multiplicant. / Est igitur genus collectivum specierum suarum et quodammodo adunativum, / species vero divisivae generis et quodammodo multifidae. Igitur quicumque ad / generalissima ascendit, omnem specierum multitudinem per genera / colligit et adunat; cum vero a generalissimis ad specialissi/ma decurritur, omnis unitas generum superiorum in multifidas / species segregabitur.* } { I.i.26 p. 78.14-21 *Species quoque ab hac generis adunatione vel / collectione non discrepat. Namque et ipsae infinitate individuorum* **[E19v]** *ad unam revocant formam. Singulorum enim hominum species, quae / est homo, collectiva est hoc modo. Ad hominis enim speciem cuncti / singuli homines unus homo sumus, id est prima species quae nos continet / et coercet. Porro ipsa species in nos multos*⁹⁰ *scissa dividitur.* } / { II.iii.9 p. 230.5-7 *Sicque*

⁸⁷ specialissimas] specialissima E

⁸⁸ coniunxerit] c(on)iuxerit E

⁸⁹ divisae] diu(er)sae E

⁹⁰ multos] multos *i.t. et supra mo- addidit -v- E*

*quod singulare est, divisivum est; quod vero commune ut / genus ac⁹¹
species collectivum atque adunativum est.* }

{ II.iii.10 pp. 230.8-231.19 **Assig/nato autem genere et specie** etc, usque
Individuum autem de uno / solo particulari (12.22-13.23). }

{ I.i.27 p. 79.1-11 *Cum illa quae sunt subteriora⁹² ea quae sunt superiora /
in multitudinem dissipant, constat genus plurimarum / esse specierum,
speciem vero plurima⁹³ sub se individua coercere. / Quare⁹⁴ non est
dubium quin superiora semper inferioribus pauciora / sint.*

*Praedicamenta vero aliud de alio vel ad se invicem prae/dicantur, hoc
modo. Omnis res alia aut maior erit aut / minor aut aequa. Omne quod
est maius de minori poterit prae/dicari; nam cum animal maius sit ab
homine, poterit / animal de homine praedicari. Minus vero de maiore non /
dicitur; } { I.i.27 pp. 79.21-80.9 *nam si dicis ‘omnis homo animal’, verum est, si
vero dix/ris ‘omne animal homo’, falsum est. Quodsi maiora de /
minoribus idcirco praedicantur quia omne minus in se continent, / et minora
de maioribus idcirco non praedicantur quia maiora / minoris definitionem⁹⁵
exsuperant⁹⁶, non [non] dubium quin illa quae / sunt aequalia sibi possint
ipsa converti. Aequalia autem illa sunt / quae neque maiora neque minora
sunt, id est ut si in quamlibet / speciem apponantur, et omni illi speciei
assint et nulli alii. / Nam omnis homo risibile est et nulla alia species
risibile / potest proprie nuncupari. Atque ideo quia aequalia sunt,
convertuntur. / Dicis enim ‘quid est homo?’ ‘risibile’, ‘quid est risibile?’
‘homo’; / et item ‘quid est hinnibile?’ ‘equus’, ‘quid est equus?’
‘hinni/bile’.* }*

{ II.iii.10 p. 233.3-11 *Quae cum ita sint, ea quae superiora sunt, non modo
de / sibi proximis inferioribus verum etiam de inferiorum inferio/ribus
praedicantur, velut⁹⁷ substantia praedicatur de animali, quod est in/ferius,
sed animali inferius est homo, praedicatur igitur etiam substantia / de
homine; rursus Socrates inferius est homine, praedi/cabitur igitur substantia*

91 ac] ad *E*

92 subteriora] sub'tæriora *E*

93 plurima] plurimas *E*

94 quare] q(ua)ræ *E*

95 definitionem] diffinitio(n)e *E*

96 exsuperant] exup(er)a(n)t *E*

97 velut] uel' *E*

et de Socrate. } {Li.27 p. 81.17-23 *Igitur species*⁹⁸ *et de*⁹⁹ *indi/viduo praedicatur ut maius. Generalissima vero de omnibus / subalternis et de specialissimis praedicatur. Aequo enim modo / dicitur et corpus substantia, et animatum corpus substantia, et sensibile [E20r] corpus substantia, et rationale animal substantia, et mortale substantia, et / homo substantia. Et de ipsis etiam individuis generalissimum praedicatur. / Potest enim et Cicero*¹⁰⁰ *dici substantia.* } {II.iii.10 pp. 233.20-234.6 *Individua enim de singulis / praedicantur ut Socrates et Plato. Et ea maxime sunt individua, / quae sub ostensione digiti cadunt, ut hoc scamnum et hic veniens; / vel quae ex aliqua propria accidentium designantur nota, ut si quis / Socratem velit significatione ostendere, non dicat ‘Socrates’, ne / sit alius qui hoc etiam nomine nuncupetur, sed dicat ‘Sophronici filius’ / si unicus Sophronico fuit.* }

{II.iii.11 pp. 234.14-235.4 **Individua ergo dicuntur**¹⁰¹ **huius/cemodi**, usque **Magis autem in omnibus particularibus** etc (13.24-14.6). }
 {II.iii.11 p. 235.5-14 *Quia indi/viduum superius dixit, rationem huius nominis ostendit. / Illud solum dividitur quod commune est proprietatesque communis / rei his quibus communis est convenit, ut esse hominem rationalem mortalem et omni homini convenit et singulari. Indivi/duorum vero proprietates nulli communis est. Socrates enim proprietates si / fuit calvissimus, propenso alvo vel aliis corporis liniamentis / vel morum institutione aut forma vocisve sono non conveniebat alteri.* } {II.iii.11 p. 236.1-3 *Et ideo recte individua dicuntur, quorum proprietates in alium non cadit.* }

{II.iii.12 p. 236.7-15 **Continetur igitur individuum quidem sub / specie** et reliqua, usque **Et quot**¹⁰² **modis genus**¹⁰³ **et species sufficienter dictum est** (14.7-15). }

{II.iii.12 p. 236.16-24 *Breviter retrac/tat omnia quae supra latius absolvit, dicens individuum ab / specie contineri, species vero ipsas a genere. Et reddit causam, dicens: / Omne enim genus est totum, individuum pars. Genus enim, in eo quod / genus est, totum est speciebus, quia semper*

98 species] socrates E

99 de] i(n)de E

100 Cicero] idxcero(!) E

101 dicunt(ur)] dica- a.c. E

102 quot] q(uo)d E

103 genus et species sufficienter dictum] g.s.v.s.d E

continet eas } et nunquam est pars; {^{I.i.27 p. 82.16-19.} *in/dividuum vero semper est pars et nunquam totum. Species autem et pars et totum / est. Pars ad genus, totum ad individua. Dividit enim genus et in/dividua coligit.* }
 {^{II.iii.12 p. 237.4-8} *Quia enim unum genus plures species continet, una / quaelibet species pars est generis, id est unius. Quia vero species pluribus individuis / praeest, non est uni individuo totum sed plurimis. Idcirco enim totum / dicitur quia plura continet et coerctet.* } {^{I.i.27 pp. 82.25-83.2} *Plures enim partes individuorum / sunt, quarum totum species, id est homo, appellatur.* }
 {^{II.iii.12 p. 237.9-21} *Alterius ergo pars est species, aliis / totum, quia una unius pars esse potest, totum vero unius esse non potest.*

Et de / genere quidem et specie dictum est, et quid sit generalissimum genus, id scilicet / cui nullum aliud superponitur genus, et quid specialissima species, / ea videlicet cui nulla [nulla] species supponitur, et <quae> genera eadem et / species id est subalterna, quibus aliquid praepositur et supponitur, quae individua / ea scilicet quorum proprietates alteri convenire non possunt, et quot modis [E20v] genus et species dicitur, genus quidem aut in multitudine aut in procreati/one aut in participatione substantiae, species vero aut¹⁰⁴ ex figura / aut ex generis suppositione, sufficienter dictum est. } /

De differentia

{^{II.iv.1 p. 239.2-1} *De differentia tractatoris / de ordine collocationis supervacuum est quaerere, cur / scilicet post speciem posita sit, cum illud iam superius fuerit inquisitum / et solutum cur non ante speciem sit collocata. Si enim mirum / videtur quod speciem differentiae in ordine praeposuit, cum diffe/rentia continentior et magis amplior sit specie, non est mi/randum si eandem differentiam ante proprium et accidens collo/cavit, cum proprium unius semper sit speciei, accidens vero exteriorem quandam / naturam ostendat nec omnino in substantia praedicetur, diffe/rentia vero utrumque contineat et de pluribus speciebus et in substan/tia praedicari.* }

{^{II.iv.1 pp. 239.17-240.13} *Sic autem de differentia disputans Por/phyrius incipit: **Differentia vero communiter et proprie et / magis proprie dicitur** etc, usque **Quemadmodum homo ab equo specifica, differentia differt / rationali qualitate** (14.15-15.2).*

¹⁰⁴ aut ... aut] aut(em) ... aut(em) E

{ II.iv.1 pp. 240.14-241.14 *Tribus modis distat alia res ab alia: genere, specie, / numero. Et hoc aut secundum substantiam aut secundum accidens. / Quae enim genere et specie distant, substantialiter distant, quia / genera et species quibusdam differentiis informantur. Nam quod homo / ab arbore distat genere animalis, differentiam¹⁰⁵ facit quae est / sensibilis qualitas; quae adiuncta animato animal / format, eidem detracta facit animatum insensibile quod / sunt virgula. Illa quoque quae specie distant, substantiali / differentia discrepant, ut homo atque equus rationabili/litate atque irrationabilitate. Individua vero, quae numero / tantum discrepant, solis accidentibus distant. Acciden/tia autem aut sunt separabilia aut inseparabilia. Separa/bilia sunt ut moveri, dormire. Distat enim aliud ab / alio quod hic dormit, ille vigilat. Inseparabilibus vero acci/dentibus distat alius ab alio quod hic longus, ille brevis.} /*

{ I.ii.1 p. 85.20-27 *Dicit vero differentiam tribus modis fieri, quia aut commu/nes sunt aut propriae aut magis propriae. Communes sunt quibus / omnes aut <ab> aliis aut a nobis ipsis quadam alteritate¹⁰⁶ differimus. Sedere enim¹⁰⁷ vel ambulare vel stare differentia / est. Nam si unus sedeat, alter ambulet, in situ ipso atque / ambulatione differunt. Item si aliquis prius sedeat, postea |E21r| vero ambulet, communi a se ipso differentia discrepabit.} { II.iv.1 p. 242.20-21 *Commu/nes¹⁰⁸ autem differentiae separabilibus¹⁰⁹ applicantur.} { I.ii.1 pp. 85.27-86.2 *Propriae vero sunt quae unius/cuiusque individui formam aliqua naturali proprietate de/pingunt, ut si quis sit caecis oculis vel crispo capillo.} Et haec / sunt inseparabilia accidentia. { II.iv.1 p. 243.3-27 *Ipsa autem accidentia, sive / separabilia sive inseparabilia, duobus modis fiunt: natu/raliter, extrinsecus. Naturaliter ut pueritia, iuventus, et totius / formatio corporis, quae sunt separabilia; `inseparabilia¹¹⁰ ut caecitas oculi vel curvitas nasi. Extrinsecus vero ut ambulare vel currere, quae sunt inseparabilia´, vel cicatricem habere ex / inflicto vulnere, quod est inseparabilia. Magis propriae sunt quae non acci/dens sed substantiam formant, ut hominis rationabilitas. Dif/fert enim homo a ceteris animalibus quod rationabilis est vel mor/talis. Si ergo illae differentiae ideo communes dicuntur quia sepa/rabiles atque omnium sunt,****

105 differentiam] differentia E

106 alteritate] asteritate E

107 enim] aut E

108 Commu/nes] Co(m)mu/nea a.c. E

109 separabilibus] sep(ar)alib(us) E

110 `inseparabilia - inseparabilia´ i.m. addid. E

aliae autem propriae quoniam separari non possunt, / quamvis sint in numero accidentium, magis propriae iure illae / dicuntur, quae non tantum a subiecto separari non possunt, verum / etiam ipsius subiecti speciem substantiamque perficiunt. Tres / ergo istae differentiarum diversitates, id est communes, propriae, magis / propriae, fiunt secundum genus vel speciem vel numerum. Communes / quidem et propriae secundum numerum, magis propriae autem secundum genus / ac speciem. }

{II.iv.2 p. 244.1-11 **Universaliter**¹¹¹ **vero omnis differentia alteratum / facit cuilibet adveniens usque Quo in re haec quidem aliud, illa vero alteratum fecit** (15.2-11).} /
 {II.iv.2 p. 244.11 *Omnis differentia alterius ab altero distantiam facit,*} vel
 commu/niter vel proprie vel magis proprie, ut dictum est. {II.iv.2 p. 245.15-16
 Sed harum differentiarum / haec fit divisio, ut aliae alteratum, aliae vero aliud faciant.} {II.iv.2 p. 244.114-15 *Alteratum est quod ab aliquo / aliqua ratione diversum est;*} {II.iv.2 p. 245.20-21 *aliud vero quod tota speciei ratione / diversum est.}* Alteratum faciunt hae differentiae, {II.iv.2 pp. 245.23-246.1 *ut si unus / sedeat, alter assistat, non efficietur homo diversus ab homine, sed eos / alteratio sola disiungit, ut eum qui assistit ab eo qui / sedet faciat alteratum.}* {II.iv.2 p. 245.20-23 *Aliud vero omnino specie diversum est, / ut equus homine, quia rationalis differentia animali / adveniens hominem fecit, aliudque eum quam equum esse con/stituit.}* {II.iv.2 p. 246.5-10 *Dupliciter autem alteratum fit, alud vero semel. / Dupliciter fit alteratum vel quod omnino specie diversum est et est / aliud, vel quod accidentibus distat quod ille iaceat, hic / ambulet; semel vero aliud, quod rationali atque irratio/nali differentiis segregatur.}* Igitur {II.iv.2 p. 244.19-20 *omne quod est aliud |E21v| alteratum est, sed non omne alteratum aliud est.}* {II.iv.2 p. 245.16-19 *Illae / ergo differentiae quae alteratum faciunt, simpliciter / differentiae nuncupantur; quae vero aliud, specificae / differentiae dicuntur.}* {I.ii.1 p. 87.6-7 *Specificae autem differen/tiae ideo dicuntur quia et naturam permutant et / ipsam substantiam cuiuslibet speciei constitu/unt}, ut {I.ii.1 p. 87.35- *si rationale et mortale animali sub/ponas, n'ominis speciem facias.}* {II.iv.2 p. 246.1-11 *Et hae*¹¹² *quidem differen/tiae quae aliud faciunt, specificae et substantia/les sunt;*} quae vero alteratum faciunt, simplices et acci/dentales sunt. {I.ii.1 p. 86.11-14 *Communes ergo et**

¹¹¹ Universaliter] V et lacuna E

¹¹² hae] hec E

propriae differentiae, quia / speciem non permutant sed formam quodammodo et habitudinem / solam faciunt, discrepare} per accidentia solum effici/unt alteratum, aliud vero minime; magis propriae vero, quae / substantiales sunt et specificae, totam naturam speciemque / permutantes et alteratum faciunt et aliud. {II.iv.2 p. 246.3-9 Nam si equus / iaceat et homo ambulet, et alius est equus ab homine et / alteratum; alius secundum speciem, alterum secundum accidens quod / hic iaceat, homo ambulat.} Igitur communisque et propria / differentia alteratum solum faciunt, magis propria vero et altera/tum et aliud.

{II.iv.3 p. 246.13-17 **Secundum igitur aliud facientes, divisiones fiunt / a generibus in species usque Alteratio sola** etc (15.11-16).}

{II.iv.3 pp. 246.18-248.10 *Quia in principio / huius operis dixit notitiam generis, et speciei, differentiae, / proprii¹¹³, et accidentis utilem esse ad divisionem et definitio/nem, idcirco nunc differentiarum ipsarum facta¹¹⁴ divisione / ostendit quae differentiae ad divisiones et definitiones / sumantur et quae non.*

Divisio generis ita in species est facien/da ut ipsae species a¹¹⁵ se secundum substantiam omnino di/versae sint. Quia vero differentiae quae separabilis vel / inseparabilis accidentis significationem tenent, / alteratum solum faciunt, aliud vero facere non possunt, probat / eas ad divisiones inutiles esse, ac ideo minime assu/mendas. Communes ergo et propriae differentiae, quia acciden/tium sunt et alteratum solum faciunt, non aliud, segregandae / sunt a generis divisione; et illae tantum assumendae quae / magis propriae sunt, quia aliud faciunt, quod exposcit generis / divisio.

Ad definitionem quoque eadem magis propriae valent. [E22r] Communes vero et propriae velut inutiles segregantur, quia accidens / diversi generis ferunt¹¹⁶ et nihil substantialiter formatum, omnis / autem definitio substantiam conatur ostendere. Specificae vero differen/tiae, quae¹¹⁷ sunt magis propriae, quia speciem informant et substantiam perficiunt, / sicut in divisione ita etiam in definitione assumuntur.

Et cum / nunc sint constitutivae specierum, nunc divisivae generis, divisivae / autem generis aliud faciunt, constitutivae speciem informant, / in

¹¹³ proprii] p(ro)p(ri)e E

¹¹⁴ facta divisione] facta(m) diuisione(m) E

¹¹⁵ a] ** a.c. E

¹¹⁶ ferunt] fert(ur) E

¹¹⁷ quae] q(uo) E

eo quo aliud faciunt divisionibus aptae sunt, in eo quod specificae / definitionibus. Communes autem et propriae, quia neque aliud faciunt sed alteratum neque omnino substantiam monstrant, et a divisione et a definitione seclusae sunt. }

{ II.iv.4 pp. 248.11-249.4 **A superioribus ergo rursus / inchoanti**¹¹⁸
dicendum est differentiarum alias quidem / esse separabiles, alias inseparabiles(15.17) usque **At**¹¹⁹ **vero acilum esse / vel simum secundum accidens et non per se est** (15.17-16.1). }

{ II.iv.4 pp. 249.5-10 *Superius differentia tripliciter / divisit, dicens esse aut communes aut proprias aut magis / proprias; dehinc easdem alia divisione in duas secuit par/tes, dicens has quidem aliud facere, illas*¹²⁰ *vero alteratum; nunc / tertiam earum facit divisionem, dicens alias esse separabi/les, alias inseparabiles.* { I.ii.2 p. 88.1-8 *Et sicut in priore divisione altera/tum*¹²¹ *facientes duae fuerant, communes et propriae, sola vero ma/gis propria erat quae alterum faciebat; eodem modo nunc in separa/bilibus et in inseparabilibus communis tantum differentia sepa/rabilis est, ut sedere et currere, quae separantur a singulis et / rursus adduntur; propria vero ut caecitas oculorum, flava*¹²² *caesaries, / proceritas corporis, et magis propria ut rationabilitas / vel mortalitas, }* inseparabiles sunt.

{ II.iv.4 pp. 250.6-23 *Inseparabilium vero / aliae*¹²³ *sunt per se, aliae per accidens. Per se magis propriae, secundum / accidens propriae. Per*¹²⁴ *se quod in substantiam informat, ut hominem / rationabilitas. Homini enim huiusmodi differentia per se / inest. Idcirco enim homo est quia ei rationabilitas adest. / Et hae quidem quae*¹²⁵ *substantiales sunt, inseparabiles sunt, quia / separari a subiecto non poterunt nisi interempta sit natura / subiecti. Secundum accidens vero inseparabiles sunt differentiae, / quae propriae nuncupantur, ut aquilum*¹²⁶ *esse vel simum.*

118 inchoanti] inchoante *E*

119 At] ad *E*

120 illas] illa *E*

121 alteratum * [est] *E*

122 flava] laua *E*

123 aliae ... aliae] alia ... alia *E*

124 Per se] pse *E*

125 quae] q(ui) *E*

126 aquilim] acilu(m) *E*

Quae ideo / per accidens nuncupantur, quia iam constitutae speciei extrinsecus / accidunt, nihil substantiae subiecto commodantes. }

{ II.iv.5 pp. 250.24-251.14 **Illi igitur quae / per se sunt in substantiae ratione accipiuntur et faciunt usque Acilum |E22v| autem esse vel simum**¹²⁷ **vel coloratum aliquo modo intenditur <et remittitur>** (16.1-12). }

{ II.iv.5 pp. 251.15-252.10 *Partitis / differentiis, earum*¹²⁸ *inter se distantiam monstrat. Et unam / quidem quam superius dixit, repetit. Nam cum superius tres dixisset / differentias, id est communes, proprias, magis proprias, commu/nes et proprias alteratum, magis proprias vero solas aliud facere / dixit. Nunc idem repetit, dicens quod inseparabiles differen/tiae quae substantiam monstrant, id est quae per se sunt, aliud faciunt; illae vero / quae sunt propriae, id est secundum accidens inseparabiles differentiae neque / substantiae insunt, non aliud sed tantum alteratum faciunt.*

Item est / alia distantia differentiarum earum quae per se ab aliis quae secundum / accidens. Nam quae per se, id est magis propriae, non recipiunt plus et minus, / hoc est neque intentione crescunt neque remissione decrescunt; / ea vero quae per accidens, id est propriae, et intentione crescunt et remissio/ne decrescunt. Quod hoc modo probatur. Unicuique rei esse suum neque / crescere neque dimiui potest. Nam qui homo est, humanitatis / suae nec crementa potesst nec detrimenta suscipere. } { I.ii.3 p. 88.3-16. *Omnes enim homi/nes, in eo quod homines sunt, aequaliter rationales et mortales sunt. / Quodsi genus alicui plus minusve esse non potest genus, nec differen/tiae intentione crescunt nec remissione decrescunt*¹²⁹. *Nam / quoniam animal non est plus homini quam equo neque equo quam*¹³⁰ */ ceteris, sed aequaliter subiectis omnibus genus est, sic specierum diffe/rentiae, quas specificas appellamus, maius minusve non capiunt. / Nam si animal rationale mortale hominis definitio / est, et hominum nihilominus singulorum*¹³¹ *non est dubium quin haec / definitio ad omnes homines singulos aequaliter semper aptetur / et nulli neque plus neque minus conveniat. Quodsi ita est, partes / quoque totius definitionis, quae sunt differentiae, tales erunt quod nulli / neque plus neque minus sed*

127 simum] simul E

128 earum] eor(um) E

129 decresc(un)t] des- a.c. E

130 quam] cu(m) E

131 singulorum] ang(e)lor(um) E

aequaliter semper et convenienter aptentur. } / { II.iv.5 p. 253.4-8 *Quae vero secundum accidens inseparabiles sunt differentiae, / ut aquilum¹³² esse vel simum vel coloratum, et intentionem / recipiunt et remissionem. Fieri enim potest ut hic paulo sit / nigrior, hic vero amplius¹³³ simus, ille minus aquilus¹³⁴.* }

{ II.iv.6 pp. 253.12-254.8 **Cum igitur tres species / differentiae considerentur, et cum hae quidem sint separabiles illae <vero> inseparabiles, usque Ea / vero quae est mortalis <et immortalis differentia et> rationalis et irrationalis etc (16.13-17.1).** }

{ II.iv.6 pp. 254.9-256.16 *Fit nunc differentia/rum plena et suprema divisio, quae est huiusmodi: Differen/tiarum aliae sunt separabiles, aliae inseparabiles; insepa/rabilium aliae secundum accidens, aliae substantiales; sub|E23r|stantialium¹³⁵ aliae sunt divisibiles <generis>, aliae constitutivae specierum. /*

Quod vero ait cum igitur tres species differentiae considerentur, ad hoc retulit / quod in prima differentiarum divisione partim communes, partim proprias, / partim magis proprias esse dixit. Quas rursus tres differentias alias / separabiles, alias inseparabiles monstravit; separabiles / quidem communes, inseparabiles vero proprias ac magis proprias. Inseparabilium vero fecit divisionem, dicens alias esse secundum accidens, / alias secundum substantiam. Earum vero quae secundum substantiam sunt, sub/divisionem facit, quod earum aliae genus dividant, aliae speciem in/forment. Ad cuius rei cognitionem illa superior specierum generum<que> / dispositio transcribatur. Sitque primum substantia¹³⁶, sub hac corpo/reum et incorporeum, <sub corporeo> animatum et inanimatum, sub animato¹³⁷ / sensibile et insensibile, sub quo animal, sub animali ratio/nale et irrationale, sub rationali mortale atque immor/tale, et sub mortali species hominis, quae solis deinceps in/dividuis praeponatur. In hac ergo divisione omnes hae differentiae / specificaе nuncupantur. Generum enim specierumque differentiae sunt, sed generum quidem divisivae, specierum autem constitutivae. Quod / hoc modo probatur. Substantiam corporei atque incorporei diffe/rentiae partiuntur, corporeum

132 *acquilum] achilu(m) E*

133 *amplius] apli(us) E*

134 *aquilus] achil(us) E*

135 *sub||stantialiu(m)] sub||stantialia a.c. E*

136 *substantia] sup()a E*

137 *animato] animatu(m) a.c. E*

vero animati atque inanimati, / animatum¹³⁸ sensibilis atque insensibilis. Sic igitur genera substantiales / differentiae partiuntur, dicuntur generum divisivae. At vero si eadem / differentiae quae a genere descendentes genus dividunt, colligantur et in unum quae possunt coniungi copulentur, species informantur. Nam cum animal sit species substantiae (omnia enim superiora de inferioribus praedicantur, et quicquid inferius fuerit species etiam / erit superioris), animatum tamen atque sensibile, quae sunt differentiae, si referantur ad genera, divisivae sunt; constitutivae vero fiunt / animalis eiusque substantiam formant atque constituunt divisionemque conformant, ut sit animal substantia animata sensibilis, substantia quidem genus, animatum vero atque sensibile / eiusdem differentiae constitutivae. Item animal rationabilitas et irrationabilitas dividit, mortali etiam atque / immortalis dividitur, sed iuncta rationabilitas atque / mortalitas, quae animalis divisivae fuerant, fiunt hominis / constitutivae. Irrationabilitas vero cum mortalitate iuncta / constituit equum aut aliud quodlibet animal quod ratione [E23v] caret, rationabilitas vero cum immortalitate dei / substantiam informant. Item eadem differentiae, cum referuntur ad genera, divisivae generum sunt; si vero ad inferiores species considerentur, informant species earumque¹³⁹ substantiam convenienti copulatione consituunt. }

{ II.iv.7 p. 258.9-19 **Sed / hae quidem quae divisae sunt generum differentiae, constitutivae fiunt et constitutivae generum¹⁴⁰, usque Animata¹⁴¹ et sensibilis congregatae ad substantiam animal perfecerunt (17.1-10). }**

{ II.iv.7 pp. 259.1-26-.5 Ostendit quod sit geminus usus differentiarum; unus quo genera dividuntur, alius / quo species informantur¹⁴². Utrumque enim faciunt differentiae, ut / et genera partiantur et species efficiatur. Et quae sunt divisivae generum, fiunt¹⁴³ constitutivae specierum. Quod ipse exemplificat. Animalis divisivae sunt rationale et irrationale, <mortale atque immortale>. / Nam omne animal aut rationale est aut irrationale, / aut mortale aut immortale. Sed rationale et mortale / iunctae efficiunt animal quod est homo; irrationale / et mortale efficiunt animal quod est

138 animatum] animati E

139 earumque] ea()iq(ue) E

140 generum + .Q. E

141 Animata] sani/mata E

142 informantur] iformant(ur) E

143 fiunt] fiant E

equus; rationale et im/mortale constituunt animal quod est deus, *ut de sole dicamus*, / quem *corporeum deum* philosophi affirmant, et quem pro / deo *antiquitas venerata* est. Supremae quoque substantiae *cum sint / divisivae differentiae animatum et innatum, sensibile / et insensibile, iunctae animatum et sensibile efficiunt / substantiam animatam sensibilem quod est animal*. Recte ergo / dictum est ***quae divisivae sunt generum, constitutivae et completivae / sunt specierum.*** }

{ II.iv.8 p. 260.6-11 **Quoniam ergo eadem aliquo modo acceptae fiunt consti/tutivae, usque¹⁴⁴ Nec magis his quae sunt separabiles (17.11-15).** }
 { II.iv.8 pp. 260.12-261.3 Notum est quod / omnes differentiae procedentes a genere *eadem et divisibiles sunt / generum et constitutivae specierum*, sed diverso modo consideratae. / Nam si ad genus relatae in contrariam divisionem spectentur, / divisibiles sunt generum; si vero iunctae fuerint, constitutivae / sunt specierum. Et quae constituunt, eadem et faciunt speciem; quae vero / faciunt, *specificae sunt*. Si ergo eadem quae divisivae sunt generum, / *eadem constitutivae sunt specierum, iure iureque et quae di/vidunt genus et constituunt speciem¹⁴⁵, specificae nuncupantur.* }
 /

{ II.iv.8 p. 261.3-11 Hae igitur differentiae in divisione generis et definitione specie/rum accipiendae sunt. Cum enim unumquodque hisdem quibus constitui/tur, etiam definitur, profecto per easdem differentias, per quas [E24r] dividitur genus, definiri debet species; cumque per divisivas / generis differentias, quae sunt specificae, constituatur species; *iure / solae specificae differentiae in divisione generis et definitione / specierum ponendae sunt.* }

{ II.iv.8 pp. 261.11-262.3 Porro differentiae separabiles et in/separabiles per accidens, ideo in generis divisione et definitione / specierum non sunt utiles, quia nec substantiam generis dividunt nec / substantiam speciei constituunt. Et cum inseparabilia accidentia / hoc solum commune positum habere cum specificis differentiis, / quod aequae subiectum non relinquunt¹⁴⁶, separabilia nec hoc quidem / habent, quia dissimilia sunt omnino substantialibus differen/tiis, et non tantum potestate sed etiam actu permutantur, / ideoque a divisione generis et definitione specierum etiam¹⁴⁷ minus / utilia sunt quam inseparabilia accidentia. } /

¹⁴⁴ usque] .v. usq(ue) E

¹⁴⁵ speciem] sp(eci)e(em) E

¹⁴⁶ relinquunt] relinq(ui)t E

¹⁴⁷ etiam minus] etiamin(us) E

{ II.iv.9 p. 262.4-13 **Quas**¹⁴⁸ **etiam determinantes dicunt: Differentia est / qua abundat species a genere usque Ac sic neque ex his / quae non sunt <aliquid fit> neque opposita circa idem sunt (17.15-18.2).** }

{ II.iv.9. p. 262.14-263.6 *Specificas differentias definiunt, dicens quia differentia specifica est qua abundat / species a genere. Sit*¹⁴⁹ *genus animal, species homo. Habet igitur / homo differentias in se quae eum constituunt, rationale atque / mortale. Omnis enim species constitutivas formae suae differentias habet quibus perficitur, quibus perficitur et sine quibus esse non potest. Si igitur animal / solum genus est, homo vero rationale et mortale, plus habet / homo ab animali quod rationale et mortale est; et / quo*¹⁵⁰ *abundat species a genere, specifica differentia est.*

Sed huic definitioni quaestio occurrit ex duabus propositionibus. / Quarum una est sic: duo contraria in eodem esse non possunt. / Alia sic: ex nihilo nihil sit. } { II.iv.9 p. 263.8-11 *Quae propositiones talem / faciunt quaestionem*¹⁵¹. *Dictum est differentiam esse qua abundat species a genere. Quid igitur? Dicendum est quod genus differentias non habeat quas habet species, } cum differentiae quae / informant speciem ex genere profluant? { II.iv.9 pp. 263.14-264.16 *Quodsi genus differentias non habet, species autem habet, videtur ex nihilo differentiae*¹⁵² / *in speciem convenisse, et factum est aliquid ex nihilo, quod fieri / non potest. Quodsi genus differentias omnes continet, differentiae autem in contraria dissoluuntur, fiet ut rationabilitatem simul et irrationabilitatem habeat animal quod / est genus, et erunt in eodem duo contraria, quod fieri non potest. Neque [E24v] enim in genere potest esse, sicut in corpore solet esse aliqua pars alba, / aliqua nigra. Per se enim genus consideratum non habebit partes / nisi ad species relatum. Quicquid enim habet, non partibus sed tota sui / magnitudine habebit; non autem in se sed in partibus suis contrarietatem habet, ut animal in homine rationabilitatem, / in bove irrationabilitatem, quae sunt duo contraria. Quaerimus*¹⁵³ *ergo utrum genus per se eas differentias quas habet species substantialiter contineat.**

148 Quas] Qvs E

149 Sit] Si E

150 quo] i(n) / h(aec) E

151 quaestionem] questio(n)e E

152 differentiae] differentia^s E

153 queri/m(us)] quere/m(us) a.c. E

Quae quaestio ita solvit. *Potest / quodlibet*¹⁵⁴ *id quod est non esse*¹⁵⁵, *sed diverso modo <esse et non esse>*, *ut Socrates cum*¹⁵⁶ *stat, / et sedet et non. Sedet quidem potestate, actu vero non sedet. Cum / stat, non agit sessionem, sed potius standi mobilitatem; sed rur/sus cum*¹⁵⁷ *stat, sedet, non quia iam sedet, sed quia sedere potest. Ita actu / quidem non sedet, potestate vero sedet. Et ovum animal est / et non est animal. Non est quidem animal actu, quia nondum ad ani/malis processit vivificationem*¹⁵⁸; *idem tamen animal est potes/tate, quia potest effici animal assumendo formam et / speciem.* } *Distat enim actus a potestate tantum quantum homo / ridens ab eo qui ridere possit, non tamen rideat. Ille enim / agit ipsam rem; ille tantum potest, non etiam agit.* { ^{II.iv.9 p. 264.16-21} *Ita igitur / ipsum animal per se consideretur, differentias non habebit; / si autem ad species reducatur, habere potest, sed ut eius speciebus sepa/ratim nihil possit evenire contrarium.* } { ^{II.iv.9 p. 265.1-12} *Per distributa/s*¹⁵⁹ *species autem velut in partibus suis contraria genus habe/bit. Ergo nec ex nihilo venerunt differentiae, quas ge/nus retinet potestate; nec duo contraria in eodem sunt, / cum contrarias differentias in eo quod genus est actu non habet. / Propositio enim haec fuit: contraria in eodem esse non posse. Sed haec / impossibilitas in actu tantum consistit. Nam potestate / et non actu contraria in eodem*¹⁶⁰ *esse non impedit.*

Quae nos / diximus contraria, Porphyrius opposita dixit. Est enim / genus contrarii oppositum. Omnia enim contaria sibimet oppo/sita sunt. } { ^{I.ii.4 p. 93.18-22} *In hoc enim species abundat a genere quoniam genus diffe/rentias continet tantum*¹⁶¹ *potestate, species vero actu et potesta/te; et quod genus tantum potest, species et possunt et agunt, quia in ipsis / speciebus positae et informatae*¹⁶² *sunt.* }

{ ^{II.iv.10 p. 265.13-20} **Definiunt enim eam et hoc / modo: Differentia est quod de pluribus differentibus specie |E25r| in eo quod quale sit**

154 quodlibet] q(ui)lib& E

155 esse] e(ss)ei E

156 cum stat] constat E

157 cv(m) stat] 9stat a.c. E

158 vivificationem] [s]uiiificatio(n)e E

159 distributa/s autem] distributa / salti(m) E

160 eode(m)] eade(m) a.c. E

161 tantum] tanta E

162 informatae] iformate E

praedicatur usque Quale autem animal sit / inquisiti, quoniam rationale et mortale¹⁶³ est convenienter assignabimus (18.3-9).

{ II.iv.10 pp. 265.21-267.1 *Tres sunt interrogationes ad quas / genus, species, differentia, proprium, et accidens respondetur, / id est quid sit, quale sit, quomodo se habet. Nam si quis interroget / ‘quid est Socrates?’, responderi genus ac species convenit, ut / ‘animal’ aut ‘homo’; si quis ‘quomodo se habet?’, iure accidens re/spondetur, id est aut ‘sedet’ aut ‘legit’; si quis vero qualis sit Socra/tes interroget, aut differentia aut proprium aut acci/dens respondetur, id est ‘rationalis’ vel ‘mortalis’ vel ‘calvus’. / Sed observandum quod proprium de una specie praedicatur, accidens / qualitatem illam designat quae¹⁶⁴ substantiam non significat, diffe/rentia vero substantiam demonstrat. Interrogati igitur qualis una/quaeque res sit, si volumus substantiae reddere qualitatem, differentiam / praedicamus. Quae non tantum de una specie praedicatur ut morta/le vel rationale, sed de pluribus. Quod ergo de pluribus speciebus / inter se differentibus praedicatur, et quod quale sit id de quo quaeritur / interrogat, ea est differentia cuius talem posuit definitio/nem: **Differentia est quod de pluribus specie differentibus / in eo quod quale sit praedicatur.** }*

{ II.iv.10 p. 267.2-10 Cuius definitionis¹⁶⁵ causam / rationemque pertractans, ait: **Rebus enim ex materia et forma / contantibus vel ad similitudinem materiei et speciei<que> constitutio/nem habentibus usque Totum autem hoc animal rationale et mortale homo est / quemadmodum illic statua (18.9-15).** }

{ II.iv.11 pp. 267.11-268.14 *Superius dixit differentias esse quae¹⁶⁶ in quilita/te speciei praedicarentur; nunc autem causas¹⁶⁷ exsequitur¹⁶⁸ cur speciei qualitas / differentia sit. Omnes, inquit, res vel ex materia formaque / constituunt vel ad similitudine materiae atque formae / substantiam sortiuntur. Omnia enim quae sunt corporea, ex materia / formaque constituunt, quia nihil potest esse nisi sit subiectum / corpus quod suscipiat formam. Si enim lapides non fuissent, / muri parietesque non esset. Quae vero sunt incorporalia, ad si/militudinem materiae atque formae supervenientes differen/tiae subpositae naturae efficiunt, ut in genere ac*

¹⁶³ mortale] .n. E

¹⁶⁴ quae] q(uo) E

¹⁶⁵ definitionis] diffinitio(n)e E

¹⁶⁶ quae] q(uo) E

¹⁶⁷ causas] causa E

¹⁶⁸ exsequitur] seq(ui)t(ur) E

specie.} { I.ii.6 p. 94.19-95.14 *Nam/que*¹⁶⁹ *genus in modo materiae accipitr, differentia vero in modum / formae. Et quemadmodum quaecumque res ex materia formaque / consistit, sic etiam omnis species ex genere <et> differentia*¹⁷⁰. *Namque / animal genus ita est hominis ut est statuae aes, differen/tia vero sic est hominis*¹⁷¹ *ut est forma illa ex qua aes effectum est. [E25v] Nam sicut ex aliqua figura quae ex aeris materia effecta est, cuius/cumque illius statuae species fit, sic etiam cum in genus, id est animal, / venerit differentia, id est rationale, hominis*¹⁷² *species fingitur. / Ista igitur sibi proportionaliter sunt. Proportio autem est cuiuscumque / illius rei similis ad aliquam rem cognata comparatio. / Utpota si duo compares ad quatuor, dupla proportio / est; si vero viginti ad duadraginta, eadem dupla est; sub eadem ergo propo/tione sunt quatuor ad duo, sub qua quadraginta ad vigint. Sic ergo qualis propor/tio, id est comparatio, est materiae et figurae, talis proportio generis et diffe/rentiae. Eodem enim modo ex materia et figura cuiuscumque illius fictionis / forma est, quemadmodum ex genere et differentiis species cuiuscumque / generis illius formatur. } { II.iv.11 p. 268.22-269.269.5 *Quod ergo in statua est aes, hoc*¹⁷³ *est in specie genus; / quod in statua figura, id in specie differentia; quod in statua ipsa / statua quae ex aere figuraque formatur, id in specie ipsa species / quae ex genere differentiaque coniungitur. Quodsi materia quidem / speciei genus est, forma autem differentia, omnis vero forma*¹⁷⁴ */ qualitas est, iure omnis diffe`re`ntia qualitas appellatur. Iure ergo in / eo quod quale sit interrogantibus respondetur. }**

Describunt / autem differentiam et hoc modo: Differentia est quod aptum est dividere / quae sub eodem sunt genere; rationale enim et irrationale <etc> (18.16-19).

{ II.iv.12 pp. 269.12-270.4 *Omnes diffe/rentiae idcirco differentiae nuncupantur, quia species a se differ/re faciunt quas unum genus includit, ut homo atque equus / propriis differentiis discrepant. Secundum genus quidem non discre/pant, quia sicut homo animal est, ita et equus; sed differentiis dis/cernuntur. Additum enim rationale homini, irrationale equo, / hominem atque equum qui sub eodem genere sunt discrepare faciunt. } /*

169 *Nam/que]* *Nam/q(ui) E*

170 *differentia]* *differentia(m) E*

171 *homionis]* *om(n)is E*

172 *hominis]* *om(n)is E*

173 *hoc]* *h(aec) E*

174 *forma]* *form. E*

<A>ssignant¹⁷⁵ etiam hoc modo: **Differentia est qua differunt a se singula / usque Et rationales enim et nos et dii, sed mortale appositum disiunxit nos ab illis** (18.19-19.4).

{ II.iv.13 pp. 270.11-271.21 *Vitiosa videtur haec esse definitio, qua dicitur id esse diffe/rentiam qua unaquaeque res ab alia distet, cum idem sit ac si / dicatur: differentia est id quod est differentia. Nihil enim attu/lit ad agnitionem¹⁷⁶ qui differentiae nomine usus est in eiusdem / differentiae definitione. Est autem communis et vaga¹⁷⁷ nec / includens tantum substantiales differentias, sed quaslibet / etiam accidentes. Homo enim et equus idem sunt in animalis genere, / quia utraque sunt animalia; sed differunt rationali, dii et ho/mines mortalitate. Atque hoc¹⁷⁸ modo substantiales differen|E26r|tiae colliguntur. Quodsi Socrates sedeat, Plato vero ambulet, / erit differentia ambulatio vel sessio, quae substantialis non est. / Videtur enim haec definitio hanc quoque differentiam qua dicitur: differentia / est qua differunt singula. Cum enim Socrates a Platone nullo alio / nisi accidentibus distare possit, id erit differentia secundum / superiorem definitionem¹⁷⁹. }*

Quod considerantes hii qui hanc defini/tionem reprehenderunt, ceterae conclusionis terminum subiecerunt: / **Interius autem perscrutantes differentiam dicunt non quodlibet¹⁸⁰ / eorum quae sub eodem sunt genere dividendum esse differentiam usque / Erunt igitur specificae differentiae** etc (19.5-16).

{ II.iv.14 pp. 272.16-273.9 *Superius dixit / determinasse quosdam differentiam esse qua a se singula discre/pent; nunc dicit alios diligentius perscrutantes osten/disse eandem definitionem¹⁸¹ non recte propositam esse. Non enim omnia, / quae sub eodem genere sunt, ac differentia differunt nec specifi/cae nominari possunt. Plura enim sunt quae ita dividunt species sub / uno genere positas, ut tamen eorum substantiam non confor/ment, quia non sunt specificae differentiae nisi illae tantum quae ad / id quod est esse*

175 <A>ssignant] ssignat(ur) E

176 agnitionem] ad hanc dis. E

177 vaga] uas- a.c. E

178 hoc] h(aec) E

179 definitionem] diffinitio(n)e E

180 quodlibet] q(uo)d. h. / a. d(). q(uo)d hab&

181 definitionem] diffinio(n)e E

*proficiunt*¹⁸² et quae definitionis¹⁸³ alicuius pars esse possunt¹⁸⁴, / ut rationale hominis} et irrationale equi. {^{I.ii.7 pp. 97.14-98.8} Cum enim homo / atque equus sub uno genere sint, quia utrumque est animal, differunt a se rationali et irrationali qualitate; sed ista ratio/nabilitas et irrationabilitas in substantia sunt ipsarum / specierum, quia nec equus sine `ir`rationabilitate nec homo / sine rationabilitate esse potest. Et ideo istae differentiae / prosunt ad demonstrandum quid unicuique rei sit esse defini/tionis assignatione. Et substantiae ipsius partes sunt. Nam / cum homo ex his differentiis constet, <id est> ex rationali et mor/tali, rationale et mortale solum positum pars est sub/stantiae hominis. Nam si utraque simul unum homi/nem faciunt, non est dubium quin ad substantiam hominis / efficiendam unaquaeque earum res pars esse videatur. Quare / illae differentiae quaecumque¹⁸⁵ non prosunt¹⁸⁶ ad esse nec partes sub/stantiae cuiuslibet speciei sunt¹⁸⁷, specificae non dicuntur, / quamvis sola hoc¹⁸⁸ una species habeat. Nam si homo navigat¹⁸⁹, / potest dici animal navigabile; sed navigare in substan/tiam hominis non convertitur, quia inde homo non subsistit / quod navigat, quamvis hoc¹⁹⁰ nullum animal habere possit, [E26v] scilicet ut naviget. Eodem modo et esse rhetorem vel gramma/ticum¹⁹¹.} Igitur illae differentiae substantiam non demonstrant¹⁹², / sed quiddam extrinsecus accidunt afferunt, specificae non dicuntur, / licet sub eodem genere positae species faciunt discrepare, / ut sicut diximus si quis hanc differentiam hominis et equi dicat / quod homo aptus est ad navigandum, equus vero minime. {^{II.iv.14 pp. 274.14-275.2} Quo fit / ut non omnis differentia, quae sub eodem genere positae species / distribuit, specifica esse possit, sed ea tantum quae ad substan/tiam speciei¹⁹³ proficit et quae in parte definitionis accipitur.

182 proficiunt] p(ro)ficat E

183 definitionis] diffinitiois E

184 possunt] pot(est) E

185 quaecumque] queu(m)q(ue) E

186 prosunt] poss(un)t E

187 sunt] si(n)t E

188 hoc] h(aec) E

189 navigat] nauat E

190 hoc] h(aec) E

191 gra(m)ma/ticu(m)] ga- a.c. E

192 demonstrant] demostra(n)t E

193 speciei] spe(c)ie E

Con/cludit igitur eas esse specificas differentias quae alteras¹⁹⁴ a se species / faciunt per differentias substantiales. Nam si unicuique / id est esse, quodcumque substantialiter erit, quaecumque differentiae sub/stantialiter diversae sunt, illas species quibus assunt omni substantia fa/ciunt alteras ac discrepantes, atque hae in definitionis par/te sumuntur. Nam si definitio substantiam monstrat et sub/stantiales differentiae species efficiunt, substantiales / differentiae partes definitioun sunt. }

<De proprio>

Proprium vero quadrifariam dividunt. Nam et id quod soli / alicui speciei accidit etsi non omni, ut homini medium esse / et geometrem usque Quoniam etiam convertuntur. Quicquid enim / equus hinnibile et quicquid hinnibile equus (19.18-20.5).

{ II.iv.15 p. 276.3-18 } *Supradictum est omnia / propria ex accidentium genere descendere. Quicquid enim de / aliquo praedicatur, aut substantiam informat aut secundum accidens / inest. Nihil vero est quod cuiuslibet rei substantiam monstret nisi / genus, species, et differentia: genus quidem et differentia speciei, / species vero individuorum. Quicquid vero reliquum est, in accidentium¹⁹⁵ / numero ponitur. Sed quia ipsa accidentia aliquam habent / inter se differentiam, idcirco alia quidem propria, alia priore / atque antiquiore nomine accidentia nuncupantur. Et / de accidentibus paulo post, nunc de propriis.*

*Quae quadrifariam divi/dunt. Quod dicit **dividunt**, non ita accipiendum quod proprium tanquam / aliquod genus in quatuor species dividi possit, sed ita tanquam <si> dice/ret: propria quadrifariam id est quatuor modum dicunt.*

*Quos modos¹⁹⁶ / enumerat, ut quae sit recta proprietatis nuncupatio ostendat. } Primus modus est proprii, quando ita accidens subiectae speciei / adest ut soli assit etsi non omni; secundus, cum omni etsi non soli; / tertius, cum omni et soli sed aliquando; quartus¹⁹⁷, cum omni et soli semper **E27r** adest. { II.iv.15 pp. 276.18-277.1 } Soli et si non omni, ut hominis dicitur proprium medicum esse; quod nul/li alii animalium inesse potest. } { II.iv.15 p. 277.7-17*

Huic opponitur omni etsi non soli, ut / hominem bipedem esse, quod

194 alteras] alt(er)nas *E*

195 accidentiv(m)] accidentia *a.c. E*

196 modos] modii^s *E*

197 quartus] q(ua)nt(us) *E*

proprium est hominis; *omnis enim homo bipes est, / etsi non solus (aves enim bipedes sunt).* } {II.iv.15 pp. 277.19-278.2 *Soli et omni sed aliquando, ut / omni homini adest in iuventute pubescere, in senectute / canescere, et soli; pubescere enim solius est hominis sed aliquando, / quia non omni tempore sed in iuventute tantum.* } {II.iv.15 p. 278.6-14 *Omni et soli semper / adest, ut homini risibile, equo hinnibile; non quod semper ri/deat vel equus hinniat, sed quia potest ridere homo et hinnire equus, quod / non in actu sed in potestate consistit; nam si actus separetur a specie, / potestas nulla ratione disiungitur.* }

Haec autem significationes quaedam habent aliquid minus, quaedam transcendunt¹⁹⁸, quaedam aequantur / subiectis speciei. Geminae igitur significationes proprii quae superius dictae sunt, id est soli etsi non omni et omni etsi non soli, habent / aliquid minus, prima quidem quia non omni, secunda quia non soli. Et / haec secunda significatio, id est omni etsi non soli, huiusmodi est / ut omnem quidem speciem contineat eamque transcendat, et quoniam quidem / nihil est subiectae speciei quod illo proprio non utatur, dicimus ‘omni’; / quoniam vero transcendit in alias, dicimus ‘non soli’. Has vero duas significationes iungimus facimus omni et soli, aliquid tamen dementes secundum tempus cum dicimus ‘aliquando’, quod haec sit tertia / proprii nuncupatio ‘et soli et omni sed aliquando’. Et haec quidem / proprii determinatio integra simplexque et absoluta¹⁹⁹ / significatio est, in eo quod dicimus ‘omni et soli’, sed ex eo / aliquid minus habens quod dicimus ‘aliquando’. Quodsi auferamus, id fit proprii integra simplexque et absoluta significatio, sic: proprium est quod omni et soli semper adest, hocque subiectae speciei aequatur, quia converti potest, ut omnis²⁰⁰ homo risibilis / et omne risibile homo.

Ceterae vero significationes proprii / subiectae speciei non aequantur, quia nec convertuntur. Soli enim et/si non omni non potest converti; nam dici potest ‘omnis medicus / homo, sed non omnis homo medicus’. Secunda vero significatio, id est omni / etsi non soli, etiam non convertitur; nam omnis homo bipes, / sed non omnis bipes homo, quia et avis est bipes. Tertia vero, id est / omni et soli aliquando, {II.iv.16 p. 279.15-280.12 *reciprocari non poterit. Omnis enim qui pubescit homo est, sed non omnis homo pubescit. Nam non potest / ad iuventutem venire, atque ideo non pubescere. Quamvis [E27v] enim nondum est in iuventute aut iam praeteriit, tamen /*

¹⁹⁸ transcendunt] t(ra)ranscend(un)t E

¹⁹⁹ absoluta + d E

²⁰⁰ omnis] om(ne)ss E

adest ei proprium, non tale quale tunc est cum praeter iuventu/tem est, sed quale tunc fieri posset cum in iuventute consistit. / Atque ideo hoc quod non in omne tempus tenditur, etiamsi tale / est quod omni speciei assit; quod tamen in tempus²⁰¹ aliquod diffe/ratur, integrum atque absolutum proprium esse non dicitur.

Quar/ta vero significatio, quae ita adest ut solam teneat / speciem et omni assit et absoluta sit <a> temporis condi/tione, integra et simplex est, atque ideo convertitur, plu/rimum a superiore distans, ut risibile. Nam qui / risibilis est, semper ridere potest; qui autem in iuven/tute pubescere potest, cum iuventus ipsa non sit semper, / non semper ei inest pubescere. Haec ergo quarta proprii sig/nificatio, quam nulla temporis definitio constrin/git, integra et absoluta est et invicem de se proprium / atque species praedicantur. Homo enim risibilis est, risibile homo. }

<De accidenti>

Accidens est quod abest et adest / praeter subiecti corruptionem usque Omnibus igitur de/terminatis etc (20.7-16).

{ II.iv.17 p. 281.8-282.2 <O>omnia quae de alia praedicantur, vel substantialiter vel accidentaliter dicuntur. Sed cum ea quae substantialiter dicuntur, eius de quo / dicuntur substantiam informant, necesse est ut cum / ea quae substantialiter dicuntur, pereunt; ea quoque quorum / substantiam efficiunt, simul interrimantur. Qua/propter ea quae accidentaliter²⁰² dicuntur, cuius substantiam / non informant, possunt adesse et abesse praeter sub/iecti corruptionem. Ea enim tantum quae subiectum effi/ciunt, corrumpere possunt cum absunt quae sunt substantialia; / quae vero subiectum non efficiunt ut accidentalia, neque / cum assunt informant neque cum absunt corrumpunt sub/stantiam, } { I.ii.9 p. 100.12-14 *utputa si casu aliquo cuiquam facies rubu/erit, abscedente²⁰³ rubore illaesa facies permanebit / sicut eveniente non laesa est.* } { II.iv.17 p. 282.14. *Igitur accidens est quod abest / et adest praeter subiecti corruptionem.*

Dividitur autem / in duo, hoc est in separabile et in inseparabile. / Separabile accidens est dormire, sedere, ambula/re; inseparabile, ut Aethiopi vel corvi nigredo |E28r| et cygni albedo.

²⁰¹ tempus] tep(us) E

²⁰² accidentaliter] subdentalit(er) E

²⁰³ abscedente] abscidente E

Sed hic nascitur dubietas: utrum definitio superior vera / sit. Dictum est enim id esse accidens quod adesse et abesse possit; sed si quoddam / inseparabile accidens est, quoddam inseparabile [est] *abesse non potest*; / frustra ergo dicitur *quod adesse et abesse potest, cum inseparabile a subiecto / nequeat separari. Sed haec quaestio hoc modo solvitur, ut dicamus adesse et abesse, / non re sed animo intellegendum, quia saepe quae actu disiungi nequeunt, / mente et cogitatione separantur, } substantia tamen²⁰⁴ permanente. {^{I.ii.9 p. 101.3-16} Nam Aethiopem et / corvum color niger nunquam deserit; sed si subintelligamus colorem istum / Aethiopem aut corvum posse amittere, plurimarum tantum colore in corvo / mutato erit avis alba specie et forma corvi, et in Aethiope mutato / nigro colore erit species candida sicut aliorum hominum. Ergo non ideo quia fiat / dicitur, sed si fieri posset, huius accidentis susceprix substantia non periret. / Nihil enim ad speciem inpedit si Aethiops aut corvus amisso colore in propriae / substantiae natura permaneat. } {^{II.iv.17 pp. 282.22-283.4} Substantialia vero, quae omnino separari non / possunt, si mente et cogitatione disiungimus quod actu separari non possunt, / quemadmodum si ab homine rationabilitatem auferamus, qui nunquam / sine ratione esse potest, statim perit species hominis. Quod in accidentibus / non fit, quia sublato accidenti cogitatione species manet. }*

{^{I.ii.9 p. 101.16-28} Est et alia / definitio talis: Accidens est quod contingit eidem ratio esse et non esse. Acci/dens dicimus esse quod in substantia non est insitum, sed extrinsecus veniens; ergo ea / quae contingunt et esse et non esse. Ideo accidentia vocata sunt quoniam in substantiae rati/one non accipiuntur, quia si in substantiae ratione ponerentur, nunquam non essent; / et si non essent, nunquam esse possent. Verbi gratia: Quoniam ratio in substantia / hominis est, nunquam homo poterit esse irrationalis, quia irrationabili/tas in substantia hominis non est. }

{^{II.iv.17 p. 283.4-14} Est et alia definitio accidentis, ut dicatur id / esse accidens quod neque genus neque species nec differentia nec proprium sit. / Quae definitio non est integra, sed valde vaga et communis, quia hac definiti/one genus et species, differentia, proprium, et accidens, et multa alia definiri / possunt, videlicet ut dicatur unum eorum esse quod alia non sunt. Hoc enim modo genus / definiri potest, ut hoc dicatur genus esse quod neque species neque differentia / nec proprium nec accidens sit; sic quoque species et cetera tria et alia multa. Qua/propter haec definitio non est terminans et integra descriptio, quae cuiuslibet / rei formam aliarum rerum negatione

²⁰⁴ tamen] t(antu)m E

demonstrat. } Potest tamen / haec definitio sic exponi, ut { ^{I.ii.9 p. 102.3-6}
*quoniam genus, species, ac proprium, in substantia / sunt, et cuiuscumque
rei substantiam demonstrant, quicquid horum aliquid non fuerit, id /
accidens merito dicatur.* }

{ ^{II.iv.17 pp. 283.15-284.2} Sed iam *expeditis* omnibus de his quinque particulis
eorum/que descriptis termiis, sequitur demonstrare quas inter se habeant
differen|E28v|tias quasve communionem, *ut non solum quae ipsa sint sed
etiam quomodo inter se comparentur appareat*²⁰⁵. }

**Commune quidem est omnibus de pluribus praedicari; sed genus
quidem / de speciebus et individuis et differentia et reliqua, usque Sed
principaliter quidem de in/divisuis, secundum posteriorem vero
rationem de his quae continent individua** (21.2-18).

{ ^{II.v.1 pp. 286.19-23} De *singulorum ad unumquodque habitudine
tracta/turus*²⁰⁶, *prius illam ponit quam omnes ad se invicem habent*, scilicet
de pluribus praedicari. *In quo / cuncta communicant. Nam genus et
species et differentia et proprium et accidens de pluribus praedicantur.* Et
haec est eorum una atque indiscreta communio. Quae fit duplici modo: vel
similitudine / dum communitantes retractat, vel dissimilitudine dum
differentias. Dicens autem / hanc eorum esse communionem *de pluribus
praedicari, disgregat ostendens de quibus plu/ribus.* *Genus quidem de
pluribus speciebus et de specierum individuis praedicatur, ut animal / de
homine et de equo et de individuis quae sunt sub homine et equo.* *Item
genus de diffe/rentiis specierum praedicatur, et iure quia cum genus de
speciebus praedicetur, consequens est ut etiam / de differentiis quae speciei
substantiam efficiunt praedicetur.* Et *non de una sed de pluribus; / nam
quod*²⁰⁷ *rationale est animal est, et rursum quod irrationale est / animal est.*
*Differentia vero de speciebus dicitur pluribus ac de earum individuis, / ut
irrationabile de equo et bove quae sunt plures species, et de eorum
individuis.* *Quod enim / de universali, hoc et de individuo praedicatur.*
*Quodsi differentia de speciebus praedicatur, / praedicabitur etiam de speciei
subiectis, hoc est individuis quae sola post speciem restant eam / quae sola
species est, quia in alias non deducitur species, species ergo de suis tantum
individu/is praedicatur, ut homo de Socrate et Platone.* *Proprium de specie
cuius est proprium, / ut risibile de homine (omnis enim homo risibilis est), et*

205 appareat] appare/reat E

206 tractaturus] t(ra)ctar(us)/turus E

207 quod + [de plurib(us)] E

de individuis (est enim / Socrates et Plato risibilis). Accidens vero de speciebus pluribus dicitur et de diversarum / specierum individuis. Dicuntur²⁰⁸ enim corvus et Aethiops nigri, et hic corvus et hic Aethiops, / qui sunt individui, nigri, quod est accidens inseparabile. Separabilia vero magis / pluribus inhaerent, ut moveri homini et bovi, rursus ea quae sunt sub homine / et bove individua moveri saepe praedicantur. Sed advertendum iuxta Porphyrium quod accidens principaliter praedicatur de individuis, secundo loco de speciebus.} / {^{I.ii.10 p. 103.12-16} Nam si quis dicat 'homo sedet', quod est accidens separabile, cum quicumque singulum / hominem, id est individuum, sedere viderit, tunc id et de specie praedicat quoniam Cicero sedeat, / Cicero autem homo est, homo sedet;} et quoniam nigredo, quod est accidens inseparabilem, / singulis corvis adest, dicitur adesse corvo.

Commune est autem generi et differentiae continentia specierum usque Quemadmodum si non est animal, non est equus neque²⁰⁹ / homo etc (21.19-22.16).

{^{II.v.3 pp. 292.11-18} Descripta cunctarum quinque particularum commune, nunc incipit / retractare *de singulorum ad se invicem similitudine et dissimilitudine. / Et quia inter haec quinque genus ac differentia universalioris praedicationis sunt, nam / genus continet species et differentias, differentiae vero species continent, idcirco / primum genus ac differentiae similitudines colligit.*

Quarum prima est **|E29r|** haec quod dicit hoc esse commune generi ac differentiae, ut species} contineant. {^{I.ii.11 p. 104.2-9} Sed / ita ut plures semper²¹⁰ species contineat genus quam differentia. Nam cum genus ipsam / differentiam contineat et non unam sed plures, necesse est ut plures sub se habe/at species quam una quaelibet differentia quam continet. Genus enim, id est animal, continet / rationale et irrationale illasque species quae sunt sub rationali et irrationali; / differentia vero, id est rationale, continet deum atque hominem. Plus ergo continet genus / quam differentia.} Praedicatur enim genus, id est animal, non solum de deo et homine, sed de equo / et bove ad quae rationalis differentia non pervenit. {^{II.v.3 p. 293.8-21} Est ergo commune rationali et animalis, id est generi et differentiae, quod sicut genus de homine praedicatur, ita etiam ratio/nabile

208 Dicuntur] D(icitu)r E

209 neque] atq(ue) E

210 semper] t(ame)n E

quod est differentia de deo ac de homine dicitur. Sed quandocumque deum sub/ponimus animali, secundum hoc facimus quod solem stellasque atque totum hunc mundum / animatum confirmant, quos etiam deorum nomine appellaverunt.

Secunda communio / est generis et differentiae, quoniam quaecumque praedicantur de genere ut genera, eadem de his / quae sub ipso sunt speciebus praedicantur²¹¹ } {^{I.ii.11 pp. 104.12-105.5.} et de individuis quae sub illis sunt speciebus. Nam/que animal genus est hominis, et de animali praedicatur substantia ut genus (genus / enim animalis substantia est), ergo illa substantia quae ad hominis genus, id est animal, ita / praedicatur ut genus, praedicatur etiam et ad ipsum hominem (dicitur enim homo substantia). Prae/dicatur item illud generis genus etiam de his quae sub specie sunt individuis. Dicitur / enim Cicero, quod²¹² est sub hominis specie individua substantia. Eodem modo si qua differen/tia dicta fuerit de alia differentia, ut differentia intelligatur, praedicabitur / et ad speciem quae sub illa differentia est ad quam praedicatur, et de illis indivi/duis quae sub eadem specie sunt, ut de rationali duae differentiae dicuntur. Quod enim / rationale est, utitur ratione vel habet rationem; sed aliud est uti ratione, aliud / habere rationem. Habet quippe rationem dormiens, sed minime utitur. Ergo / ratione uti differentia ad rationalem differentiam veluti cognata diffe/rentia praedicatur, rationale autem praedicatur ad hominem, ergo et ratione / uti praedicatur ad hominem. Praedicatur etiam ratione uti ad Ciceronem, quod est in/dividuum sub illa specie ad quam illa differentia, id est rationalis, praedicabatur²¹³, / de qua praedicabatur ut cognata differentia illa, id est ratione uti. } {^{II.v.3 pp. 294.18-21} Patet ergo / quod sicut ea quae de genere praedicantur, dicuntur de generi subiectis speciebus, ita etiam ea quae de dif/ferentia²¹⁴ praedicantur, dicuntur de his quoque quae differentiae subponuntur. } /

{^{I.ii.11 p. 105.9-15} Tertia communio est quod quemadmodum interempto genere species interimuntur, / sic et interempta differentia species sub eadem differentia interimuntur. / Nam pereunte animali homo atque equus perit; sin vero differentia, id est rati/onale, dii et homines interibunt nihilque quod ratione uti possit. } /

²¹¹ praedicantur] p(rae)dicat(ur) E

²¹² q(uod)] q(uae) a.c. E

²¹³ praedicabatur] praedicabatur] p(rae)dicabit(ur) i.t. et supra -bi- addidit -a- E

²¹⁴ dif/ferentia] dif/ferentib(us) a.c. E

Proprium autem generis est de pluribus praedicari quam differentiae, usque Cum autem sint / et alia communia et propria generis ac differentiae, nunc ista sufficiant (22.16-23.16).

{ II.v.4 p. 297.3-18 Superius definitum est quid sit proprium, [E29v] scilicet quod omni et soli semper adest ut homini risibilitas. Et hoc quidem per se proprium est homini. Per usurpationem vero quaedam dicuntur propria quae, quamvis cum aliis sint / communia, aliqua tamen²¹⁵ re ab eis differunt, ut proprium hominis dicitur ratio/nabilitas; non per se cum sit ei commune cum deorum natura, sed ad discretionem / pecudis quod rationale non est. Quod ideo fit, quia cum id cuique proprium / dicatur, quod suum est, quo quis ab alio differt, proprium eius non absurda usurpatione praedicatur. Quod ergo nunc dicit proprium esse generis de pluribus praedicari quam cetera quatuor, tale est / proprium quale per se dici solet, id est quod omni et soli semper assit generi,} videlicet ut his quatuor / plus praedicetur.

{ I.ii.12 p. 106.5-11 Plus enim genus a speciebus praedicatur, quia cum homo species sit de solis individuis / praedicatur, sed non de equo et bove; genus autem, id est animal, de homine et bove et equo et de / omnibus sub his positus in dividuis.} A differentia quoque genus uberius praedicatur, quia cum / animal praedicetur de quadrupede, bipede, reptili; quadrupes, quod est a bipede / differentia. { I.ii.12 pp. 106.11-14 A proprio vero genus abundat, quia proprium unius speciei semper est et de sub ea/dem individuis, genus autem de multis speciebus et propriis et de sub eis de in/dividuis} de illis solis dicitur qui quatuor pedes habent, ut equo et bos, non bipede et / reptili; de quibus omnibus genus, id est animal aequaliter praedicatur. { II.v.4 p. 299.2-

¹³Accidens quoque, etsi²¹⁶ / pluribus inesse potest, genere tamen²¹⁷ saepe contractius invenitur, ut²¹⁸ bellator non proprie nisi / homo dicitur, et velocitas in paucis animalibus invenitur. Haec est ergo una proprietas / generis quae genus ab aliis omnibus discernit, scilicet quod ceteris quatuor amplius praedicatur. / Sed cum dicit proprium generis esse differentiis, specie, proprio, accidenti, plus praedicari, / notandum de quibus differentiis et de quibus speciebus vel propriis vel accidentibus dicat. / Oportet autem, inquit²¹⁹, nunc eas differentias intelligere, quibus dividitur genus, / non quibus informatur. Nam illae quibus informatur genus, plusquam ipsum

215 tamen] t(antu)m E

216 etsi + [de] E

217 tamen] t(antu)m E

218 ut] ul a.c. E

219 inquit] inq(ui)d' E

genus praedi/cantur, ut animatum et corporeum ultra animal tenditur, cum sint differentiae animalis, non divisivae sed constitutivae. } Duae enim sunt differentiarum / formae, quia aliae sunt divisivae, aliae constitutivae. Divisivae quae genus dividunt, / ut rationale irrationale, mortale immortale; constitutivae vero / quae speciem constituunt et informant, ut rationale mortale quae iunc/tae hominem constituunt²²⁰. De divisivis²²¹ ergo differentiis hic dicit quibus / genus plus praedicatur, non de constitutivis generum. { II.v.4 p. 299.13-16 *Omnia autem superiora de / inferioribus praedicantur. Superiora ergo, quae converti non possunt, de inferioribus / amplius praedicantur.* } De speciebus quoque illis, quae divisivis differentiis generis infor/mantur, proprio quoque illius speciei quae sub genere illo est quod differentiis est divisum. / Accidenti vero quod his haeret individuis quae sub ea specie sunt quam desig/natum genus includit. Quibus omnibus genus uberius praedicatur sicut superius / exemplificatum est.

Alia quoque est proprietas generis qua differt a differentiis / sub se positus. Genus enim omnes sub se differentias continet potestate, **[E30r]** non actu. { I.ii.12 pp. 107.24-108.1 *Nam si abstuleris genus, id est animal, differentias, id est rationa/le et irrationale, simul abstulisti; porro si unam, id est rationale, ab/stuleris, remanet animal.* } { II.v.5 p. 300.5-14 *Sed potest obici utrum genus si utraeque / differentiae auferantur, manere possit. Potest. Quod hoc modo probatur. / Unumquodque non ex his de quibus praedicatur, sed ex his ex quibus efficitur, substantiam / sumit. Quodsi differentiae illae quae animal constituunt, id est animata / sensibilis, manent, profecto animal perire non potest, quamvis illae pere/ant de quibus animal praedicatur, scilicet rationale `et´ irrationale.* } Genus ergo / utraque differentias continet potestate, non actu. { I.ii.12 p. 108.3-8 *Nam sublatum ge/nus omnes secum aufert differentias; sublatae vero differentiae genus / secum non interimunt, quia genus intelligentia remanet, id est quoniam potest / animal intelligi praeter differentias, ut eius tantum definitio/nem animo capias et esse dicas substantiam animatam atque sensibilem.* } /

Alia est iterum proprietas generis quod semper praedicatur in eo quod <quid> sit, differentia vero / in eo quod quale sit. { II.v.5 p. 301.5-17 *Sed hoc proprium generis, ut supradiximus, non per se sed ad differentiam alicuius dictum. Nam commune hoc est generi cum specie, in eo quod <quid> sit / praedicari. Sed quia in hoc genus a differentia discrepat, quod genus*

²²⁰ constituunt] son- a.c. E

²²¹ divisivis] diuisis E

quidem in eo quod / quid sit, differentia vero in eo quod quale sit praedicatur, non per se sed differ/entiae comparatione. Et in omnibus reliquis eadem ratio erit. Quicquid enim ita / generi proprium dicitur, ut nulli alii sit commune, sed soli generi et omni et semper assit, id / proprium generis per se nuncupatur. Quicquid vero cum quolibet alio commune est, id non per se / sed ad differentiam alterius proprium dicitur.}

{^{Iii.12 p. 108.14-15} Est et alia differentia quod ad omnem speciem / unum semper genus aptatur,} {^{II.v.5 pp. 301.21-302.3-7} plures vero differentiae uni speciei adesse possunt, ut / rationale <atque> mortale homini. Unde et definitio fit ex uno genere et pluri/bus differentiis, ut hominis definitio est animal rationale mortale. /

Rursus alia discretio est quod genus quasi subiecti locum tenet, differenti/a vero formae, ita ut illud sit materia quaedam quae figuram suscipiat, haec vero / sit forma quae superveniens speciei substantiam rationemque perficiat.} {^{I.ii.12 p. 108.24-27} Nam sicut in aeris / materiem veniens figura statuum efficit, ita animali, id est generi, veniens dif/frentia, id est rationale vel irrationale, facit hominis vel pecudis speciem.} /

{^{II.v.5 p. 302.7-12} Idcirco pluribus differentiis a genere differentias segregavit, quia haec / maxime generis quandam similitudinem continet, et est universalis, et / inter ceteras maxima post genus. Sed cum alia plura communia pluraque propria²²² / inter se generis ac differentiae possint inveniri, sufficiunt ista.} /

*{^{II.v.6 pp. 302.16-303.5} **Genus autem et species commune quidem habent / de pluribus praedicari, usque Et totum quiddam²²³ esse utrumque (23.18-23).***

Tria communia enumerat / generis et speciei. Unum quod utraque de pluribus praedicantur,} alterum quod utraque |E30v| priora sunt de his quibus praedicantur, tertium quod utraque totum sunt eorumq uae / intra se continent.

{^{II.v.6 pp. 303.5-8} Genus ergo et species de pluribus praedicantur; sed genus de pluri/bus speciebus, species de pluribus individuis. Illa tamen²²⁴ species quae tantum species, / non etiam genus est.} {^{I.ii.13 p. 109.12-16} Nam quae subalternae species sunt, etiam genera sunt. Eritque `in`con/veniens huic propositioni de generum inter se differentiis communibus/que tractare.

²²² propria] p(ro)prii E

²²³ quiddam] q(ui)d' [c]d' E

²²⁴ tamen] t(antu)m E

Alia communio est } {II.v.6 pp. 303.14-15 *quod utraque priora sunt his de quibus praedi/cantur.* } {I.ii.13 p. 109.16-21 *Sicut enim genus a specie primum est, sic species ab individuis primae sunt. Nam si / genus auferas, species abstulisti; si species abstuleris, genera non peribunt. Porro / si species abstuleris, individua morientur; si individua interierint, / species manent.*

*Est et his*²²⁵ *alia communio* } {II.v.6 pp. 303.18-19 *quod utraque totum sunt eorum quae / intra se continent.* } {I.ii.13 pp. 109.22-110.5 *Nam totum quod est rationale et irrationale genus / continet, id est animal. Sic etiam totum quicquid in individuis est, uno solo homi/nis, id est speciei nomine, continetur.* } /

{II.v.7 pp. 304.2-305.17. **Differt autem eo quod genus quidem continet species sub se, species vero continetur et non continet genera, usque / Amplius neque species fiet unquam generalissimum neque genus fiet specialissimum** (23.24-24.11).

Postquam expeditur quidem commune habent / genus et species, nunc in quo differant, tractat²²⁶. *Dicit enim in hoc differre genus / a specie, quod genus species continet, ut animal hominem; species vero non continet genera, / quia homo de animali non praedicatur. Omne enim quod amplius praedicatur, illud conti/net quod minus dicitur. Quodsi genus amplius praedicatur quam species, necesse est ut species / quidem a genere contineantur, non autem genus a specie. Huius autem ratio est, quia generi iuncta differentia speciem facit, et ex universalitate atque latissima / praedicatione in angustum speciei terminum contrahit, ut animal quod per se late / diffusum est, quia multas species animalis continet, accepta differentia / rationalis et mortalis diminuit et in unam speciem hominis contrahit. / Ideoque semper minor sit species quam genus; et ob hoc contineatur, non contineat.* } / {I.ii.14 p. 110.24-111.6 *Quare praeiacent, id est praesunt, et antiquiora sunt genera speciebus suis. Atque ideo si genera / auferantur, species peribunt (sublato enim animali homo et pecus non erunt), si / vero species interimantur, non statim peribit genus, quia sublato homine animal / restat. Atque ideo genera speciebus suis iure priora sunt.* }

Unde etiam {I.ii.14 p. 111.6-24 *omnia genera de speciebus / univoce praedicantur, species vero de generibus nunquam, hoc est ut species suscipiat defini/tionem generis et nomen, sed non e converso. Homo enim et homo est et animal est. Porro animal / genus hominis <et> praedicatur*

²²⁵ illis] lacuna et is E

²²⁶ tractat] tracta[n]t E

de homine. Quia ergo homo dicitur animal et homo, et animal / uno nomine animalis nuncuantur, et est eis una definitio (est enim / animal substantia animata sensibilis). Et quia homo animal dicitur, est quoque homo / substantia animata sensibilis. Igitur genus de speciebus univoce praedicatur, quia et / eodem nomine et eadem definitione conveniet; species vero de generibus suis non / modo univoce sed nec omnino praedicantur. Nulla enim res minor de maiore [E31r] poterit praedicari. Ac ideo species, quia minores sunt, de generibus suis nullo modo / poterit praedicari }

Alia quoque est differentia generis et speciei, { II.v.7 p. 306.1820- quod genera species / suas superant continetia specierum, species vero genera differentiarum pluralitate. } / { I.ii.14 p. 112.3-6 Genus enim quod est animal speciem quae est homo superat, quia homo tantum homo est, animal / vero non tantum homo sed etiam bos vel avis et alia huiusmodi. } { II.v.7 p. 306.23-24 Species vero ut homo superat / genus ut animal multitudine differentiarum. } { I.ii.14 p. 112.8-14 Nam, ut supra dictum est, / genera differentias illas, quas habent sub se species, potestate continent, non etiam / re. Ideoque species, quae est homo vel alia species sicut equus, a genere suo, id est animali, in hoc a/bundant et supersunt quod animal ipsum per se neque rationale neque irra/tionale; at vero homo et equus hoc rationale, illud irrationale. } { II.v.7 p. 307.5-8 Si ergo genus / plus unam²²⁷ speciem continet, species vero multis differentiis informatur, superat / quidem genus speciem continetia specierum; species vero genus pluralitate differenti/arum. }

{ II.v.7 p. 307.9-13 Est quoque alia differentia generis et speciei, quod genus quoniam omnium priimum / est, nunquam intantum descendit ut ultimum fiat; et species, quoniam omnibus²²⁸ <inferior> est, / nunquam tanquam ascendit ut suprema omnium fiat. Igitur nec genus unquam / specialissimum nec species unquam generalissimum fiet, } sed de his speciebus dicit / quod solae sunt species. Subalternae enim et species esse possunt et genera.

{ II.v.7 p. 307.14-19. Ex his autem quae dic/tae sunt, differentiae aliae sunt quae genus ab specie, propriae aliae quae genus non solum ab specie / sed etiam a ceteris disiungunt, quae non in his tantum quae dictae sunt differentiis, sed etiam / in aliis considerari oportet, si quaerimus, recte scire discernere. /

²²⁷ unam speciem] una sp(eci)e E

²²⁸ omnibus] om(n)iu(m) E

{ II.v.8 p. 308.2-12 **Generis autem et proprii commune quidem est sequi species, / usque Commune autem univoce praedicari genus de propriis speciebus <et> proprium quorum est proprium** (24.12-18).

Tria generis / et proprii dicit esse communia.

Primum, quod quemadmodum genus sic proprium ab ea / specie cuius est proprium non recedit. Posita enim specie, necesse est intelligi genus ac proprium.} / { I.ii.15 p. 113.9-14 Nam si dixeris 'homo', quod est species, continuo simul et animal quod est genus eius / et risibile quod est proprium nominasti. Omnis enim homo animal risibile est. }

Secundum / commune generis et proprii, quod est aequaliter ea quae sub genere sunt suscipiunt genera, / sicut ea quae sub propriis propria. { II.v.8 pp. 308.16-309.5 Omne enim genus aequaliter speciebus participatur, proprium vero individu/is. Neque plus homo animal est quam equus aut bos, sed aequaliter in eo quod animalia sunt, / animalis, id est generis vocabulum, trahunt. Cato etiam et Cicero aequaliter risibiles / sunt; etsi aequaliter non rideant, sed in eo quod apti sunt ad ridendum, dicuntur risi/biles, non quod rideant. }

{ II.v.8 p. 309.6-15 Tertium commune est generis et proprii, quod sicut genus de / speciebus ita proprium de sua specie univoce praedicatur. Cuius enim nomen tantum uni con/venit speciei eique coaequatur, eius quoque definitio speciei conveniet.} { I.ii.15 p. 114.3-7 Si quis enim dicat / hominem esse animal rationale mortale, et dixerit risibile esse animal / rationale mortale, non errabit. Aequaliter ergo et de speciebus suis genus et propria / de ea specie cuius sunt propria univoce praedicantur.} [E31v]

{ II.v.9 pp. 309.18-311.1 De proprio generis et proprii

Deffert autem quoniam genus / quidem prius est, posterius vero proprium, usque Propria vero interempta simul interimunt / ea quorum sunt propria et reliqua (24.19-25.5). }

Hoc loco proprium dicit non per se, ut supradictum est, / sed tale quod alterius comparatione proprium dicitur. Nam quod hic dicit proprium esse generis prius / esse quam propria, commune hoc est generi cum differentiis. Differentiae enim species / informantes priores sunt quam propria; si ergo prius est genus quam differentiae, / prius quoque differentiae quam species, } { I.ii.16 p. 114.11-15 proprium autem uni speciei adhaeret et eidem / aequale est, non est dubium quin genus quod specie maius est, etiam proprio / speciei maius sit. Namque ut sit risibile, animal prius est. Ut enim / aliqua

species informetur, propriis et differentiis primo erit genus / ubi illa conveniet. }

Est et alia differentia generis et proprii, { II.v.9 p. 311.10-13 *quod genus / de pluribus speciebus praedicatur, proprium vero minime. Nam neque genus / est si plurimas non profert species, neque proprium si alteri speciei com/mune est. }* { I.ii.16 p. 114.17- *Genus enim, id est animal, de pluribus speciebus dicitur; proprium vero, / id est risibile, de sola hominis specie praedicatur. Unde fit ut semper propria speciebus / suis conversim praedicentur, species autem de generibus nunquam. }* { II.v.9 pp. 311.19-312.18 *Fit enim praedicatio / aut a maioribus ad minora aut aequalibus ad aequalia. Genus enim, quod maius / est, de omnibus speciebus praedicatur, species vero, quoniam minora sunt, de generibus non dicuntur, / ut animal de homine praedicatur, homo vero de animali nullo modo. / At proprium, quoniam speciei aequale, aequae praedicatur²²⁹, ut risibile de homine, <ut> / 'omnis homo risibilis est', et convertitur 'omne risibile homo est'.*

Est et / alia proprietas generis qua differt a proprio, *quod proprium uni et omni et semper / speciei adest, genus vero ex his duo retinet, in uno vero diversum est. / Nam speciebus suis et semper adest et omnibus, non vero solis. Propria enim singulas / tantum species habent, genera plures. Proprium igitur uni soli speciei et omni et / semper et omni adest, genus vero omni quidem et semper sed non soli, ut risibile / homini soli, animal vero eidem homini, sed non soli, quia praeest quoque ceteris / quae irrationalia sunt.*

Praeterea consumunt genera species sub se / positas, non vero ab his invicem consumantur; species vero et proprium / invicem consumuntur et pereunt. *Nam si non sit animal, non erit / homo; si vero non sit homo, animal non peribit; si non sit risibile, / homo non erit; si homo non sit, risibile non erit. }* /

{ II.v.10 p.313.2-17 **Genus vero et accidentis commune est de pluribus, quamadmodum dictum est, praedicari / usque Et nigrum de corvis et de hominibus Aethiopibus et aliquibus inanimatis (25.8-12).**

Nihil est quod in / ceteris ita sit a generis ratione disiunctum sicut accidens. Nam cum genus cuius/libet substantiam monstret, accidens vero a substantia longe disiunctum / sit et extrinsecus veniens, nihil fere notius commune habere potest [E32r] cum genere quam de pluribus praedicari. Genus enim de pluribus praedicatur / speciebus, accidens vero de pluribus

²²⁹ p(rae)dicat(ur)] p(rae)dicet(ur) a.c. E

non modo speciebus verum etiam generibus anima/tis et inanimatis, ut nigrum dicitur de ratio`na`bili homine, de irrationa/bili corvo, et de inanimato hebeno; album etiam de cygno et de / marmore; moveri de homine, de equo, de stellis, de sagitta; quae sunt / separabilis accidentis exempla. }

{ II.v.11 p.314.1-14 De propriis generis et accidentis /

Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante species est, acciden/ita vero speciebus posteriora sunt, usque ‘Qualis est’ enim ‘Aethiops’ interrogatus / dicis ‘niger’, et quemadmodum se Socrates habeat, dicis quoniam sedet vel ambulat (25.13-26.4). /

Primam differentiam generis et accidentis ponit istam, scilicet quod genus ante / species sit quasi in loco materiae, quod differentiis informatum species constituit; / accidens vero post species est. Prius enim oportet esse aliquid cui accidat, post / vero ipsum accidens supervenire. Nisi enim subiectum sit quod suscipiat / accidens, accidens esse non poterit. Quodsi genus speciebus subiectum est, nec pos/sunt esse species nisi eis genu velut materia supponatur, accidentia vero esse non / possunt nisi eis species supponantur, manifestum est genus quidem esse ante species, / accidentia vero post species.

Alia differentia est quod genus neque intentionem / neque remissionem suscipit. Quo fit, ut quae participant genere, aequa/liter eius nomen definitionemque suscipiant. } { I.ii.18 p.117.1-10 Namque²³⁰ equus et homo / aequaliter animalia sunt, neque equus homine plus neque homo plus equo. Acci/dentia vero non aequaliter parti`ci`pant. Et ideo intentionem et remissionem susci/piunt. Nam cum separabile accidens sit moveri, possunt inter²³¹ se species / eodem accidenti participantem, tardius velociusque moveri. / Et de inseparabili accidenti eodem modo. Est enim aliquis `ut` nigrioribus oculis / sit et candidum, quod dicitur magis et minus dicitur. }

{ II.v.11 p.315.20-21 Alia quoque differentia est, quoniam / omne accidens principaliter in individuis subsistit. } { I.ii.18 p.117.12-14 Genera enim non modo a/te individua sed ante species, accidentia vero non modo post species sed `etiam` post individua. } / { II.v.11 p.316.2-7 Nam si prius id est cui aliquid accidit quam illud quod accidit, non est dubium / prius esse individua,

²³⁰ Namque] Na(m) neq(ue) E

²³¹ inter] it(em) E

posterius vero accidens. Genera vero et species supra individua / considerantur, quoniam de his omnibus praedicantur eorumque substantiam propria praedicati/one constituunt. }

{^{II.v.11 p.317.3-4} Aliam quoque annumerant differentiam quae est saepius dicta. } /

{^{II.v.21 pp.317.18-320.4} Genus ergo quod aliis quatuor differat / dictum est, usque Decem erunt omnes quarum quatuor quae erant generis ad reliqua superius demonstravimus (26.5-27.8). /

*Quoniam differentias et communitates generis ad differentiam et reliquas quatuor / persecutus est, idem quoque de ceteris facere cotendens, praedicat quot²³² differentiae / possint esse quae inter se comparatis commixtisque rebus his quae suprapositae sunt / efficiantur. Sunt autem viginti. Nam cum quinque sint res, unaquaeque res earum²³³ si a **|E32v|** quatuor aliis, quinque quater, viginti differentiae fiunt. } {^{I.ii.19 p.118.6-16} Nam si genus differt a specie, / proprio, differentia, accidenti, quatuor differentiae fiunt. Sin vero species differt a genere et reliquis quatuor, / item aliae quatuor; quae iunctae superioribus octo fiunt. At si differentia distat / a specie, genere, proprio, accidenti, aliae quatuor supercrescunt; quae ad octo iunctae, duodecim faciunt. / At vero si proprium differt a genere et reliquis quatuor, aliis quatuor differentiis ad duodecim / positis, sedecim fiunt. Quodsi accidentis quoque differentias ad quatuor reliqua dux/eris, quatuor super sedecim crescentibus, viginti omnes differentiae perficiuntur. }*

Quarum omnium / dissimilitudines praepingere tibi potes per quinque litteras, A B C D E, hoc modo.

A: B C D E, ii. differentiae
B: A C D E, viii. differentiae
C: A B D E, xii. differentiae
D: A B C E, xvi. differentiae²³⁴
E: A B C D, xx. differentiae /

Sed hoc si ad numeri referatur naturam comprationisque alternationem.
/ Si autem ad ipsas differentiarum naturas vigila`n` s lector, / aspiciat, easdem

²³² quot] q(uo)d E

²³³ earum] ar(um) seu or(um) E

²³⁴ differentiae] P E

saepe differentias inveniet sumptas. Quarum { II.v.12 pp.321.17-322.1
*similitudines si detrahamus, decem omnino fiunt differentiae, quas ad
prae/sentem tractatum velut diversas atque dissimiles oportet assumere. /
Age enim differat genus differentia specie, proprio, et accidenti, quatuor
differentiis, quas supradiximus. } { I.ii.19 pp.118.19-119.17. Si autem differentiam
dicamus differre / a specie, proprio, et accidenti, supervacuum est
differentiae cum genere differen/tias commemorare, cum iam prius
commemoraverimus quando diffe/rentias generis ad differentiam diximus.
Hisdem enim, ut opinor, / differt differentia a genere, quibus differebat
genus a differentia. / Itaque relinquenda est haec differentia `qua´ distat
differentia a genere, / quoniam iam superius dicta est, cum diceretur quid
genus distaret a differen/tia. Remanent igitur tres differentiae, quibus ipsa
diffe`re`ntia a specie, / proprio, et accidenti distat; quae iunctae
superioribus quatuor, septem differen/tias reddunt. At vero `s´pecies quid
a genere distet, tunc iam dictum est cum / dicebatur quid genus distaret a
specie. Quo autem a differentia distaret, / tunc demonstratum est cum
diceretur in quo differentia a specie discerne/retur. Remanent igitur duae
differentiae speciei cum proprio²³⁵ et acciden/ti; quae iunctae superioribus
septem, novem faciunt. Restat igitur una proprii / et accidentis
differentia; } { II.v.12 p.323.3-10 quae ad novem superiores iuncta, decem clau/dit.
Accidentis vero ad cetera possent quidem quatuor esse, nisi probarentur /
omnes iam esse sumptae. Nam quid genus a cetera ab accidente diffe/rat²³⁶,
supra monstratum est. Nec sunt differentiae diversae acciden/tis ad
cetera²³⁷ quam ceterorum ad accidens.*

Itaque fit ut, cum quinque re/rum sit numerus, } { II.v.12 pp.323.22-325.4
*primae quidem generis comparationes, quatuor novas tene/ant²³⁸
differentias. Secundae vero differentiae comparationes, tres no/vas. Una
enim superius annumerata est. Et vincitur a primis quatuor no/vis
differentiis, una tantum. Speciei vero tertia comparatio duas |E33r| tantum
habet differentias novas, duae quippe sueprius annume/ratae sunt, et
vincitur a quatuor primis duabus tantum differentiis / novis. Proprium
vero unam tantum retinet novam, quoniam tres sunt superius / annumeratas,
vinciturque a prima novis tribus differentiis. / Quinti vero accidentis
comparationes, quoniam nullam retinent / novam differentiam, totis quatuor*

235 proprio] p(ro)p(ri)[i]o E

236 diffe/rat] diffe/rant E

237 cetera] cet(er)os E

238 tene/ant] tenæ/ant E

a primis generis transcenduntur. Atque / ad hunc modum ex viginti differentiis secundum numerum decem secundum dis/similitudinem contrahuntur.

Ut tamen has secundum dissimilitudi/nem differentias, non in quinario tantum numero, verum in ceteris no/tas habere possimus, talis dabitur regula quae plenam differentia/rum dissimilitudinem in qualibet numero pluralitate reperiatur. / Propositarum enim rerum numero, si unum dempseris atque id quod dempto / uno relinquitur, in totam summam numeri simul multiplicaveris, eius / quod ex multiplicatione factum `est` dimidium coaequabitur ei pluralita/ti quam propositarum rerum differentiae continebunt. Sint igitur res quatuor: / A B C D. His aufero unum, fiunt tres. Hos igitur quater multiplico, fiunt / duodecim. Horum dimidium sum`o`, tenes sex. Tot ergo erunt differentiae / inter se rebus quatuor comparatis. A quippe ad B et C et D tres retinet dif/fere[n]tias, rursus B ad C et D duas, C vero ad D unam; quae iunctae se/narium numerum complent.} Eodem modo in praescripto quinario numero, / si unum de quinque astuleris, quatuor remanebunt. Quos per tota summa, id est quinarium, / multiplicans, quater quinque, id est viginti, reperies; cuius dimidium sumens, habebis / decem, ut dictum est.

{ II.v.13 p.325.8-13 De communibus differentiae et speciei /

Commune ergo differentiae et speciei est aequaliter participari,
usque / **Semper enim Socrates rationalis et semper Socrates homo**
(27.10-14). }

Duas hic ponit communitates / differentiae et speciei. Quarum una est { I.ii.20 p. 120.2-8 *quod aequaliter species sub se individua / mittit, et aequaliter individua speciei participant. Namque omnes homines aequa/liter homines sunt, et hominis participatione aequae participant. Sic et differen/tia. Omnes enim homines aequaliter rationales sunt, et omnes qui ratione participant / rationabilitate, quae est differentia, aequae participant.} { II.v.13 pp.325.14-326.4 *Dictum est enim / superius quod ea quae substantiam formant, intentione et remissione careant; / quodsi differentia specierum substantiam monstrat, species vero individuorum, / aequaliter utraeque ab intentione et remissione seiunctae sunt. Unde fit ut aequa/liter participant, ut si idem est homini quod et rationale esse, cum omnes homines / aequae sint homines, necesse est ut sint aequaliter rationales.}**

Altera vero commu/nitas est { II.v.32 p.326.5-8 *quoniam ita differentiae sui participantia non relinquunt sicut / et species. Semper `enim` Socrates*

rationalis est, quia rationabilitate participat, |E32v| semper homo est, quia humanitate participat. }

{ II.v.14 pp.326.11-327.20 De propriis differentiae et speciei /

Proprium differentiae quidem est in eo quod quale sit praedicari, / species vero in eo quod quid est, usque Equus aut simpliciter asino nunquam conveniens / perficiet mulum (27.15-28.9).

Expositis communitatibus differentiae et speciei, eorundem / nunc dissimilitudines colligit, dicens: quoniam differunt quod species / in eo quod quid sit praedicatur, differentia in eo quod quale sit. } { I.ii.20 pp.120.21-121.4

Namque dicitur quid / sit Socrates, ut homo respondeatur. Namque hominis qualitas rationale est. / Sed non simpliciter. Illa enim qualitas pro differentia accipitur, quae veniens / in genere speciem constituit, et `de` qualitate substantiali facta est substantialis et spe/cifica differentia. Ista igitur qualitas differentia nominatur, et ea / in eo `quod` quale sit ad hominem praedicatur. }

{ II.v.14 p.328.13-17 *Rursus illa quoque his differentia / est, quia differentia plures sub se species continet, species tantum indi/viduis praeest.*

Rationabilitas enim et hominem claudit et deum, quadrupes / equum et bovem, homo vero solos individuos. } { I.ii.21 p 121.8-13 *Nunquam enim alia res homo / est nisi quod est individuum ut Socrates, Plato. Unde fit ut sublata differentia, species quoque tollatur (sublato enim rationabili, homo aufertur); / si vero sustuleris speciem quae est homo, differentia tamen rationalis / dei remanebit. }*

{ II.v.14 p.329.5-10 *Alia rursus differentia est, quoniam ex pluribus differentiis una species iungitur, ex pluribus vero speciebus nulla species constituitur. / Iunctis enim differentiis, mortali et rationali, factus est homo; iunc/tis vero speciebus nulla unquam species informatur. }* { I.ii.21 p. 121.19-21

Sed dicit aliquis quoniam asini / atque equi coniunctione mulus nascitur. Sed non est ita. } { II.v.14 p. 329.11-15 *Individua / enim individuis iuncta, individua rursus alia forsitan effi/ciunt; ipse vero equus simpliciter, id est universaliter, et asinus universaliter / neque permisceri possunt neque aliquid cognatione si misceantur / efficiunt. }* { I.ii.21 p. 122.1-3 *Constat ergo iunctas species unam speciem non posse compone/re, cum iunctae differentiae unius speciei constitutae sint. }*

{ II.v.15 pp. 329.18-330.17 De²³⁹ communibus differentiae et proprii /

Differentia vero et proprium commune quidem habent aequaliter participa/ri, usque Nam risibile in²⁴⁰ eo quod natum est habet quod est semper, sed non in eo / quod semper rideat (28.10-17).

Commune dicitur esse proprii et differentiae, quod aequaliter partici/pantur. Aequae enim omnes homines rationabiles sunt, aequae risibiles; illud / quia substantiam monstrat, istud quia aequum est propriae speciei et subiectam / speciem non relinquit.

*Est et aliud his commune, quod equaliter semper subiec/tis assunt. Semper enim homines rationabiles, ut semper quoque risibiles. Sed obici / potest non semper esse bipedem hominem, quod est differentia, si uno pede / curtetur vel nascatur. Quod hoc modo solvitur. Propriae differentiae, non in eo / quod semper habeantur, sed in eo quod semper naturaliter habere possunt, semper **|E34r|** dicuntur adesse subiectis. } { I.ii.22 p. 122.15-24*
Sicut enim potestate dicitur risibile etiamsi / non rideat, ita etiam bipes potestate dicitur etiamsi uno pede mi/nuatur, non enim²⁴¹ quod est dicitur sed quod esse potest. Nam quoniam ille ride/re potest, risibilis nominatur; quod ille duos pedes habere / possit, bipes. Atque ideo nunquam ab illis in quibus resederunt, propri/um differentiaque recedunt. Semper enim homo risibilis est etiam/si non rideat, semper bipes etiamsi uno pede careat, quia in his non / quod vere sit, sed quod potestate esse possit consideratur. }

{ II.v.16 pp. 331.10-332.15 De propriis differentiae et proprii /

Proprium autem differentiae est, quoniam hoc quidem differentiae / pluribus speciebus dicitur, usque Propria vero conversim praedicantur <quorum sunt propria> idcirco quoniam convertuntur (28.8-29.2). /

Distat a proprio differentia, quod differentia de pluribus / speciebus dicitur, proprium vero de una sola specie. Rationabile²⁴² quippe de deo / et homine dicitur, quadrupes de equo ceterisque animalibus; risibile vero / de una tantum specie dicitur, id est homine²⁴³. Unde fit ut differentia / semper speciem sequatur, hoc est posterius ponatur; proprium vero ac

239 `De - proprii' i.m. addid. E

240 in] na(m) E

241 enim] it E

242 Rationabile] Ratiobile E

243 ho(m)i(n)e] ho(m)i(n)is a.c. E

species alternis / sese vicibus aequa praedicatione comitentur. Si enim dico 'omnis homo rationalis est', prius hominem, postea differentiam posui; sed si conver/tam ut prius differentiam ponam, postea hominem, sic 'omne ratio/nale homo', falsa propositione. Ergo species differentiam nul/la ratione comitatur; proprium vero et species, quia converti possunt, mutuo / se sequuntur, sic 'omnis homo risibilis' 'omne risibile homo'.} /

{II.v.17 pp. 332.16-333.5 De communibus differentiae et accidentis /

Differentiae autem et accidentis commune / quidem est de pluribus dici, commune²⁴⁴ vero ad ea / quae sunt inseparabilia accidentia semper et omnibus adesse; / bipes enim semper adest omnibus corvis et nigrum similiter (29.3-7). /

Duo ponit hic communia differentiae et accidentis. Unum} / est quod, sicut {I.ii.24 p. 123.20-124.4 differentia dicitur de homine et de deo, quia utrique rati/onales²⁴⁵ sunt, ita accidens de homine et de equo, ut Aethiops²⁴⁶ / niger et equus niger.

Aliud est commune, quod inseparabile / accidens, cuicumque speciei fuerit, inseparabiliter ad h'aeret sicut / differentia. Namque inseparabile accidens quod nigrum cor/vo inseparabiliter accidit corvo et omnibus corvis, ita et dif/fere[n]tia. Nam quoniam accidit homini, ut bipes sit semper et omnibus / hominibus esse bipedes. }

De propriis eorum /

{II.v.86 p. 334.4-18 **Differunt autem quoniam differentia quidem continet, non continetur, / usque Species vero quo quidem differat a genere et differentia, dictum / est in eo quod dicebamus, quo genus differret a ceteris et quo differentia differret a ceteris (29.8-20).** }

Dicit in hoc / differre differentiam et accidens, {I.ii.25 p. 124.6-12 quod differentia continet, non [E34v] continetur, accidens vero et continet et continetur. Cum enim differentia plures sub / se species habeat, maior erit sub se positis `s`peciebus. Maius autem a mi/nori nunquam continetur; nam quod est rationale, continet deum et hominem, / homo vero rationale non continet. } {II.v.18 p. 335.4-9 *Accidentia vero aliquando continent, /*

²⁴⁴ commune] Co(m)munia E

²⁴⁵ rationales] rati/obiles E

²⁴⁶ Aethiops] e[*]thiops E

aliquando continentur. Continent quidem, quia quodlibet unum accidens / pluribus speciebus adesse potest, ut album cygno et lapidi, nigrum / ut corvo et hebeno; continentur vero, quia plura accidentia uni / speciei accidunt,} ut cum { .ii.25¹ p. 124.17-18 aliquis sit glaucus vel crispus vel procerus vel candi/dus,} { II.v.18 p. 335.11- species quae est homo omnia quae habet intra se plurima accidentia / videtur includere.

Sed potest opponi quod differentiae aliquo modo et / continent et continentur. Rationabilitas enim hominem continet, quia plus/quam de homine praedicatur. Praedicatur enim et de homine et de deo et angelo. / Continentur autem ab homine, quia non solum hanc differentiam / homo continet, verum etiam mortalem. Ad quod responden/dum quod quaecumque substantialiter de pluribus praedicantur, non poterunt contineri ab his de quibus praedicantur. Unde fit ut differentiae, / quamvis sint plures quae speciem informant, tamen ab specie non contine/antur.}

{ II.v.18 p. 336.4-5 Quo fit ut, quia differentiae substantiam monstrant, intentione ac remissione careant.} { I.ii.25 pp. 124.24-125.1 Rationale enim in unaquaque / specie neque plus neque minus est. Nullus enim homo ab alio / homine `neque` plus `neque minus` rationalis est.} { II.v.18 p. 336.6-13 Accidentia vero, quia nullam substantiam / constituunt, intentione crescunt et remissione decrescunt. /

Illa quoque eorum est differentia, quod differentiae contrariae permisce/ri non possunt, ut ex se fiat aliquid. Ex rationali enim et irratio/nali nihil unum iungi potest. Accidentia vero contraria / miscentur, ut quoddam medium fiat. Ex a`l`bo enim et nigro coniunc/tis fit aliquis medius color.}

{ I.ii.25 p. 124.14-16 Ergo quemadmodum species dif/ferat a genere vel differentia dictum est, cum de generis ad speciem / et differentiae ad speciem distantiam diceremus.} { II.v.18 p. 336.18-20 Restat igitur speciem / proprii²⁴⁷ et accidentium communione coniungere, tum differenti/is segregare.}

{ II.v.19 pp. 336.21-337.4 De communibus speciei et proprii /

Speciei autem et proprii commune est de se invicem praedicari, usque / Aequaliter enim sunt species his quae eorum participant et propria quorum sunt propria (29.21-25).}

²⁴⁷ proprii et] p(ro)p(ri)or(um) E

{ I.ii.26 pp. 125.19-126.6 *Est, inquit, una eorum / communio de se invicem praedicari. Nam quoniam aequalia sunt sibi, neque / species hominis alii proprio convenit nisi risibili, neque risibile alii speciei / convenit nisi homini. Et ideo cum dicitur ‘quid ets homo?’, responditur²⁴⁸ quod risibile; / ‘quid risibile?’, quod homo.*

Alia eorum communio est quod sicut omne **|E35r|** proprium aequaliter ad sub se posita praedicatur (omnes enim homines aequaliter risibiles sunt), ita species aequaliter as sub se posita praedicatur / (omnes enim individui homines aequaliter uno nomine homines nun/cupantur). }

De differentiis eorum /

{ II.v.20 pp. 338.5-339.3 **Differt autem species proprio, quoniam species quidem potest et aliis genus / esse, usque Et cetera huiusmodi; proprium(!) vero quod est²⁴⁹ soli <et> semper et omni adesse (30.1012).** }

Prima / proprii et speciei differentia est quod { I.ii.27 p. 126.8-9 *species potest esse etiam genus alteri, / proprium non potest,* } { II.v.20 p. 339.6-11 *ut animal, cum sit species animati, potest esse / hominis genus. Sed nunc non loquitr de his `s`peciebus quae sunt specialissimae, sed / de his quae sunt subalternae et saepe locum generis obtinent.* } At vero risi/bile de nulla unquam alia specie poterit praedicari, neque alii esse proprium, / sicut est hominis. Illa enim semper propria sunt quae nunquam ad aliam nisi ad unam speciem / aptantur.

Altera eorum differentia est quod { II.v.20 p. 339.14-22 *semper species ante proprium subsistit. / Nisi enim sit homo, risibile esse non poterit. Et cum ista simul sint, / tamen substantiae cognitio praecedit proprii rationem. Omne enim proprium in acci/dentis genere ponitur; quodsi priores sunt substantiae quam accidentia; species vero / substantia, proprium autem accidens, non est dubium quin prior sit species, proprium / vero posterius.* }

Est et alia eorum differentia, quod { II.v.20 p. 340.2-17 *species naturaliter semper / actu subiectis adest, proprium vero aliquotiens actu, semper autem potestate. / Socrates enim et Plato actu sunt homines, non vero semper actu rident, sed / risibiles esse dicuntur, <quia> tametsi non rideant, ridere tamen possunt.*

Rursus et in / hoc differunt quod, quia definitio substantiam monstrat, quorum definiti/ones diversae sunt, diversas necesse est esse substantias;

²⁴⁸ responditur] R() E

²⁴⁹ e(st)] p a.c. E

speciei vero et proprii diversae / sunt definitiones; diversae sunt igitur substantiae. Speciei namque definitio est sub / genere de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit praedicari, / proprium vero ita definitur: proprium est quod uni et omni et semper adest. Si ergo / definitiones diversae sunt, non est dubium speciem et proprium secundum naturae suae terminos discrepare. }

{ II.v.21 pp. 340.18-341.19 De communibus speciei et accidentis /

Speciei vero et accidentis commune quidem est de pluribus praedi/cari; raras vero aliae sunt communitates propterea²⁵⁰ quoniam plurimum a se distant accidens et cui accidit (30.13-16).

Speciei et ac/cidentis commune dicit esse de pluribus praedicari. De pluribus enim / dicitur species sicut et accidens. Raras vero dicit esse alias eorum communitates, idcirco quoniam longe diversum est id quod accidit et cui accidit. / Cui enim accidit, subiectum est atque subpositum; quod vero accidit, su/perpositum²⁵¹ et advenientis naturae est. Et quod subponitur, substantia est; / quod vero velut accidens praedicatur, extrinsecus venit. Quae omnia mul/tam differentiam faciunt eius quod est subiectum et eius quod est accidens. |E35v|

Possunt tamen et aliae inveniri communitates speciei et inseparabilis / accidentis, hoc est semper adesse subiectis. Aequae enim homo singulis / hominibus semper adest, et inseparabilia accidentia singulis indivi/duis assunt. Et ita accidentia de pluribus individuis sicut et species / praedica`n`tur. Nam homo de Socrate et Platone, nigrum vero atque album / de pluribus corvis atque cygnis nuncupantur. }

De propriis eorum /

{ II.v.22 pp. 341.21-343.4 **Propria vero utriusque sunt, speciei quidem in eo quod quid est praedicari de his / quorum est species, accidentis vero(!) in eo quod quale quiddam est, usque Res/tat igitur de proprio et accidenti dicere; quo enim proprium <ab> specie <et> differentia et genere differt, dictum est (30.17-31.6).**

De proprio speciei / et accidentis nunc dicturus, tale proprium intelligi vult, quale superius²⁵² / dictum est, ad compactionem scilicet

²⁵⁰ propterea] .v. E

²⁵¹ su/perpositum] su/p(er) situ(m) E

²⁵² superius] sup(er)u(us) E

differentiae rerum. Species enim / in eo quod <quid> est praedicatur, accidens vero in eo quod quale. Qua differentia non / ab accidentibus solis species discernitur, verum etiam a differentiis / et propriis; nec solum species, etiam genus.

Quod autem species in eo quod quid est / praedicatur, accidens vero in eo quod quomodo se habeat, id quoque commune / est cum genere.}
{ I.ii.29 p. 128.8-17 *Est ergo speciei proprium in eo quod quid sit praedicari, accidens / in eo quod quale sit. Nam si quis dicat ‘quid est Socrates?’, ‘homo’ dicitur; si quis / dicat ‘qualis est?’, ‘calvus’ vel ‘simus’ appellatur; si quis vero ‘quomodo se habens’, / ‘sedens’ vel ‘iacens’ appellabitur.*

Est et alia speciei et accidentis / differentia, quod unaquaeque substantia unam speciem habet. Namque hominis / substantia unam solam hominis speciem habet, substantia vero equi unam solius equi / speciem habet. At vero una substantia plura frequenter accidentia / continebit,}
{ II.v.22 p. 343.13-14 *ut Socrati²⁵³ quod calvus, quod simus, quod glaucus, quod pro/penso ventre.}* { I.ii.29 p. 128.17-23 *Et in eodem equo quaedam pars frequenter nigra, / quaedam alba²⁵⁴ est, et est in eo proceritas, est altitudo, et alia huiusmodi. / Habet non solum inseparabile accidens eadem substantia, sed etiam se/parabile. Nam fortasse quidam velox est, et idem etiam corpore / validus, idem etiam sagittator.}*

Rursus hoc quoque differunt, / quod { II.v.22 p. 343.15-16 species semper ante intelliguntur} { I.ii.29 p. 129.2-5 quam accidentia. Prius enim erit / aliqua res ubi accidat quam illa quae accidat. Et quoniam species est sub/iectum accidentis, ubi accidens accidat, ideo ante in/telligitur species esse quam accidens.} { II.v.22 pp. 343.21-344.4 *Quae enim substantiam non informant, / recte adventitiae naturae esse dicuntur, quia his substantiis / assunt quae ante differentiis informatae sunt.*

Iterum in hoc dif/ferunt, quia cum species substantiam monstret, substantia vero intentione ac / remissione careat, speciei participatio intentionem remissi/onemque non suscipit; accidens vero, quamvis inseparabile sit, po|E36r|test intentione remissioneque variari,} sicut { I.ii.29 p. 129.13-19 *Aethiopibus / accidit nigros esse, inter quos aliquis est nigrior, nec omnes / illam nigredinem aequaliter participant.*

253 Socrati] soc(ra)tes E

254 alba] aba E

Restat ergo *de / communibus proprii et accidentis tractare. Nam proprium quid dis/taret vel a specie vel a genere vel a differentia, superius*²⁵⁵ / monstratum est. }

{ II.v.23 pp. 344.14- De communibus proprii et inseparabilis accidentis /

Commune autem proprii et inseparabilis accidentis est / quod praeter ea nunquam constant illa in quibus considerantur, / usque Et quemadmodum semper et omni adest²⁵⁶ **proprium, sic et inseparabile accidens (31.7-12).** }

{ I.ii.29 pp. 129.21-130.3 *Proprium / et inseparabile accidens commune habent quod sine / his nunquam constant illa quae eorum participant et in quibus ea / considerantur. Nam neque homo amittit risibile nec Aethi/ops*²⁵⁷ *aut corvus nigrum.* } { II.v.23 pp. 345.7-23 *Inseparabilia vero accidentia / comparat, luoniam, ut in specie dictum est, rarissimae sunt speciei et / accidentis similitudines. Unde multo magis proprii et / accidentis similitudines difficile reperiuntur. Accidens enim in contrarium / dividi solet, in separabile et in inseparabile. Quae vero in contra/rrium dividuntur, et nullo alio nisi generis praedicatione parti/cipant. Quodsi proprium inseparabile quiddam accidens est, a sepa/rabili accidenti plurimum differt, atque ideo nullas / proprii et separabilis accidentis <similitudines> quaerit. Sed quia ipsum proprium cer/tis quibusdam causis ab inseparabilibus accidentibus differt, / horum communitates inveniri possunt et in ter se differentiae. / Quarum una quidem ea est, quam superius posuimus. Secunda quoniam, sicut / proprium semper et omni speciei adest, ita etiam inseparabile accidens. / Nam sicut risibile omni homini et semper adest, ita etiam nigredo / omni corvo semper adiuncta est. }*

De differentiis eorum /

{ II.v.42 p. 346.2-21 **Differunt autem quoniam proprium uni soli speciei adest, quem/admodum risibile homini, usque Sunt quidem etiam aliae / communitates vel proprietates eorum quae dicta sunt, sed sufficiunt**

²⁵⁵ superius] sepius *E*

²⁵⁶ adest proprium, sic et inseparabile accidens] a.b. s. (et) s.a. *E*

²⁵⁷ Aethiops] eth/ops *E*

etiam hae ad / discretionem eorum communitatisque traditionem (31.13-23).

*Proprii atque accidentis prima quidem differen/tia est quod proprium semper uni speciei adest, accidens vero et / pluribus. Risibile enim de nullo alio nisi de solo homine / praedicatur; nigrum vero, quod est inseparabile, quibusdam accidens, / tam corvo quam Aethiopi quae diversa sunt specie, tum tam corvo atque / hebeno quae `non´ tantum specie sed et generibus differunt, praesto est. Unde / fit ut} proprium {^{I.ii.31 pp. 131.4-5} conversim praedicetur, quia unius speciei continens est **[E36v]** et illi speciei soli aequalis est.} {^{II.v.24 p. 347.3-4} Nam quod risibile est, homo est; et quod ho/mo est, risibile est.} {^{I.ii.31 p. 131.5-7} At vero accidens conversim praedicari non / potest, quia plures sub se species habet.} {^{II.v.24 p. 347.7-8} Nigrum enim de carbo/ne, hebeno, homine praedicatur; haec vero de nigro minime.} / {^{I.ii.31 p. 131.7-9} Non enim potest dicere id esse nigrum quod hebenum, / cum dicas hoc esse quod nigrum. Potest enim esse nigrum / et non esse hebenum.}*

{^{II.v.24 p. 347.10-24} Rursus proprium aequaliter participatur, / accidens remissionibus atque intentionibus permutatur. / Omnis enim homo aequè risibilis est; Aethiops vero non aequaliter / niger est, sed, ut dictum est, alius quidem paulo minus niger est, alius vero taeterrimus invenitur.

Et de proprii quidem atque / accidentis differentiis satis dictum. Restabat vero acci/dentis ad cetera communitates differentiasque repli/care; sed iam superius annumeratae sunt, cum generis, diffe/rentiae, speciei, proprii atque accidentis similitudines / differentiasque assignavimus.

Fortasse autem his in/stitutus animus et sollertior factus, alias praeter eas / quas nunc diximus communitates vel differentias quin/que rerum quae superius positae sunt reperiet. Sed ad discre/tionem atque eorum similitudines comparandas ea fere / quae sunt dicta sufficiant. }

ⁱ Horatius, *Ars poetica* 26.25-26

ⁱⁱ Ex tertio - pollicetur, see *Icpa*